¶ Ad scõm cũ dr'. ṽitas ẽ in re: igit' nõ ẽ i intellectu: negat' cõsequẽtia: quia aliter ẽ in re ⁊ aliter in intellectu: qꝛ in re mãliter est. in intellectu ṽo formaliter.

Ad scõm cũ dr' ṽitas est in enũciatione: igit' nõ est in itellectu. ne' ꝯ⁹: qꝛ al'r est in vtroqꝫ: qm̃ in enunciatione est vt in signo. in intellectu vero formaliter.

¶ Du' 3o vtrum ṽitas sit in enũciatiõe vt i signo. idest vtrũ significare veꝝ vel falsũ sit ꝓpriũ enũciatiõis. i. ꝓpõnis.

¶ Cõtra ar' qꝛ ꝓpriũ diffinit' ꝙ inest oĩ soli ⁊ semp: sȝ significare veꝝ vel falsũ nõ inest oĩ ꝓpositioni: igit' significare verũ vel falsuȝ nõ est ꝓpriuȝ ꝓpositionis pȝ ꝯña cũ maiori. minor ꝓbat' de ꝓpõne insolubili vt est ista. hoc est falsum se demrato. Oꝫ nõ significet verũ ꝓbat'. qꝛ si sigt verũ. igit' ita est sicut sigt: sed sigt se ipsam esse falsam: ergo ipsa est falsa. Oꝫ nõ significet falsum ꝓbat'. qꝛ si sigt falsũ igit' sigt al'r ɋ̃ȝ ẽ: sȝ sigt se eẽ ftaȝ: igit' ipa nõ ẽ falsa: qre ⁊c.

¶ Item ꝓpriuȝ cõpetit semp: sȝ significare veꝝ vl' falsuȝ nõ semp cõpetit ꝓpõni: igit' nõ est ꝓpriũ: pȝ ꝯña cũ maiori: minor ꝓbat' qꝛ significare est aliqd itellectui repñtare:

sed ꝓpõ nõ semp repñtat aliquid inteᵘ.s.qñ intellectus nõ aduertit ad illaz. nec ad eius significatum.

¶ Pro rñsiõe.ad ꝑmũ aduerte.ꝙ vtrũ significare verũ vl' falsum cõpetat oi ꝓpõni est difficultas pp isolubile.Et ꝺ hoc fuerũt q̃ttuoꝛ opiones.due faciunt difficultatem:an insolubile sit propositio.an nõ:quare ꝛc.

¶ Dulmẽton dicit ꝙ isolubile nõ est ꝓpositio:q2 nõ ẽ veꝝ vel falsum q̃zuis sit oꝛo indicatiua signs sicut est:ꝛ rõ q2 nõ ẽ ꝓpõ ẽ:q2 ꝓpõ est in qua est verũ vel falsum.

¶ Ricardus vo dixit ꝙ insolubile est ꝓpõ:ꝛ ꝯñter sigt verũ vel falsum.nõ tñ est simpl'r verũ nec simpl'r falsum:q2 ꝙ est simpl'r veꝝ:quiescẽter ꝛ determinate sigt veꝝ sic ꝙ ad illud non sequit' falsum ꝛ simpl'r fſm est.ꝙ sigt quiescenter falsum:sic ꝙ ad ipsum nõ sequitur verum.

¶ Alie due opiones faciũt difficultatẽ circa significatum insolubilis. Suisset dixit ꝙ propositio isolubilis est fſa: q2 falsificat se ipsaz.l3 significet sicut est. Et ꝯdictoria ẽt ẽ falsa q2 sigt al'r q̃z ẽ.Et sic duo ꝯdicto"sũt simul falsa.

¶ Dentisber vo dixit:ꝙ nõ est admitẽdũ isolubile significare ꝑcise.Et h̃ ẽ.q2 ad eaz sequit' eẽ verã:ꝛ esse falsam.

¶ Ex his patet respõsio ad primũ secũdũ diuersas opiniones:tu sequere eam que tibi placet.

¶ Mibi aũt magis placet opio ricardi.s.ꝙ de rõne ꝓpõnis simpl'r ẽ significare verũ vel falsuz vel determiate vel indeterminate:sed de rõne ꝓpõnis nõ isolubilis est significare veꝝ vel falsum determinate. Et de rõne isolubilis est significare verum vel falsum indetermiate.s. h̃ vel h̃. sed neq3 h̃ neq3 illud ꝛc.

¶ Ad scðm dĩ ꝙ significare verũ vel falsum nõ est ꝓpriuz propõnis:sed esse significatiuũ veri vel falsi ẽ ꝓpriũ propositiõis:posset etiã dici ꝙ significare põt capi proprie.ꝛ cõiter:proprie dicit actum:sed cõiter põt dicere actuz vl' aptitudinem:quare capitur cõiter hic ꝛc.

¶ Du' quarto vtrum ꝓpõ cõtingẽs de futuro sit determinate veritatis.vel determinate falsitatis.

¶ Et primo ar' ꝙ sit determinate veritatis ex facto. vt arguat' sic futura ꝯtigẽtia fiunt ex facto.i.ex influxu celesti igitur futura ꝯtingentia ex necessitate eueniunt. p3 ꝯña q2 nihil põt resistere influxui supercelesti:añs ꝓbat' quia mũdus inferioꝛ guberãtur a superiori ꝑ pħm ꝑ metheorozum dicẽtẽ:nece ẽ hũc mũdũ iferiorẽ ꝯtiguũ eẽ superioribus lationib':vt ois eius ṽtus gubernet' inde.

¶ Scðo ar' idẽ ex ꝓuidẽtia diuina. vt arguat' sic. De' scit q̃cũq3 futura ꝯtigẽtia:igit' futura ꝯtingẽtia nec̃io erunt. ꝓbat' ꝯña q2 nihil põt fallere sciam dei ꝓbat' ẽt ꝯña al'r q2 opp"ꝯñtis nõ põt stare cũ añte:q2 si futura ꝯtingẽtia nõ nec̃io erũt poterũt nõ eẽ:sed h̃ nõ stat cũ sciẽtia dei.

¶ Itẽ facio istam ꝯñam.deus scit soꝛtẽ dãnãduz:igit' soꝛtes dãnabit':posito ꝙ soꝛtes õbeat dãnari:ꝯña est bona. q2 opp"ꝯñtis nõ stat cuz añte.Et añs est necessariũ:igitur ꝯñs est necessariũ.s.soꝛtem dãnari ꝙ est falsum. Et si dicis ꝯñs est cõtingẽs.ergo añs est ꝯtingẽs.ꝙ est falsuz: q2 deus necessario scit futura ꝯtigẽtia:probat': q2 deus videt futura sicut pñtia: ꝛ non põt mutari ab eo ꝙ est q2 stabilisq3 manẽs dat cuncta moueri igit' nec̃io scit illa: ꝛ si necessario scit illa:nõ est contingens deum scire illa.

¶ Rñ° Ad ꝑmũ ar' de fato fuerũt due opiones. Una stoicorũ dicentiuz oia futura fieri a fato.ꝛ ꝯñter ex necessitate fieri propter rationem dictam.

¶ Alia opio est Arist.ꝛ vera:que dicit nõ oia futura fieri a fato. Et dupl'r improbat primã opionez prio q2 multa sunt in potestate nostra:vt fiant: vt p3:ergo nõ oia ex fato fiunt. 2° q2 q̃dam sunt in rebus : que ad vtrũlibet sunt sc3 ad fieri ꝛ nõ fieri. vt tunicam incidi.ꝛ non incidi : ergo talia non sunt ex necessitate.

¶ Item h̃ dato:sequitur ꝙ frustra cõsiliaremur de rebus agẽdis tam in gubernatione rei publice:q̃z in aliis negotiationibus.s.ꝑ mercantiis ꝛ aliis rebus.ꝯña falsum ꝛ patet cõsequentia ex se.

¶ Ad primũ igit' ar"ꝺe fato:ne'ꝰm pħm ꝙ oia futura cõtingẽtia fiãt ex fato:q2 dicit pħs 2° phisicoꝝ ꝙ eoꝝ que fiũt.quedã fiũt a nã.ꝛ q̃daz fiũt pp alias cãs.l.ꝑ itellectũ ꝛ volũtatẽ vtẽglosat cõmẽ.s3 q̃ fiũt pp alias cãs nõ fiunt ex fato.que ãt a nã fiũt nõ oia fiunt ex fato:q2 q̃dam fiũt per se:ꝛ illa ex fato fiũt q̃daz vo ꝑ accñs fiunt vt mõstra ꝛ hmõi ꝛ talia nõ fiunt ex fato. Et ad ꝓba"cũ dĩ mundus inferioꝛ gubernat' a mũdo superiori ne'ꝙ ois ps huius mũdi inferioris gubernet' a superiori:q2 nõ itellect' gubernatur ab illo qm̃ itellectus nõ supponit' in fluxib' super celestibus:sed solum coꝛpoꝛa ꝛ potẽtie illoꝝ ꝛc.

¶ Ad scðz de prouidẽtia diuina.s.qũo cognoscat futura deus fuerũt opiões diuerse apud theologos. Una dicit ꝙ scia dei de futuris est necessaria:q2 de' necessario scit oia futura tã ꝯtingẽtia q̃z necessaria. Sed aliq sequẽtes hãc opionẽ dicunt ꝙ effectus ꝯtingẽtes vt referuntur in deũ siue in diuinaz ꝓuidentiaz sunt necessarij. Et hanc viam sequitur beatus thomas.

¶ Cõtra hũc modũ dicẽdi est boetius in fine primi periermenias.qui dicit qũo si deus ꝑuidit futura.ꝛ futura preuisa nõ possint fallere deum:cur preuisa futura non sunt ex necessitate. Respõdet deus nouit futura. nõ vt ex necessitate euenĩẽtia sed vt contingenter tñ. ita vt al'r fieri posse nõ ignoret h̃ boeti'. Ex hoc sequit' si nouit futura vt cõtingẽter euenĩẽtia.ergo in prouidentia diuina sunt contingentia ꝛ non necessaria.

¶ Cõtra hos facio hãc rõnez. Effectus ꝯtingentes futuri al'r sunt in prouidentia diuina:qual'r deus disposuit illa in sua nã debere euenire:q2 op"iplicat:sed de' disposuit illos debeꝛ euenire ꝯtingẽter:igit' in ꝓuidẽtia diuina sũt ꝯtingẽter euenĩẽtia:ergo nõ sunt necessaria vt referuntur in dei prouidentiam.

¶ Alia opio dicit ꝙ de' scit cõtingẽter futura ꝯtigẽtia.'ꝛ necessario scit nec̃ia. Et ideo si deus ꝯtingẽter scit futura ꝯtingẽtia põt nõ scire illa:sicut ꝯtingẽtia possũt eẽ ꝛ non eẽ:q̃re nõ dicuntur fallere sciam dei:si nõ eueniunt:quia sciẽtia dei circa illa est ꝯtingens ꝛ non necessaria.

¶ Contra hũc modũ ẽ boeti' vbi supra dicens. Nefas est tollere sciam dei de futuris : q2 si ad sciam dei sequit' necessitas euẽtuũ:ergo si nõ sit necessitas euẽtuũ. diuina scia peribit:ꝯñs falsũ:p3 ꝯ'q2 ar' ex opposito ꝯñtis ad op"añtis

¶ Cõtra hũc facio hãc rõnez.deus scit oia futura ꝯtingẽtia tãq3 sibi pñtia:sed nõ p̃t mutari ab eo ꝙ est:q2 stabilisq3 manẽs dat cũcta moueri.ergo necessario scit futura contingentia:p3 ꝯña:q2 si non necessario sciret possz mutari ab eo ꝙ est.ꝙ est absurdum.

Quare nos al'r dicimus cum boetio . qð deus necessario scit futura cõtingẽtia ꝯ scðam opinionẽ ꝛ ꝯtingẽter euenire ꝯ primã opionẽ. Et vtrũq3 istoꝝ ꝓbatum est. Et ad formã argu":ne' illa ꝯña deus scit futura cõtingẽtia:sed nihil põt fallere sciam dei.igitur futura cõtingentia necessaria erũt:q2 si deus scit futura cõtingẽtia : eo mõ scit illa euenire:quo mõ disposuit illa in nã sua debere euenire : sed disposuit illa contingenter euenire. ergo scit illa contingenter euenire.

Ad aliud de illa ꝯña.deus scit soꝛ.dãnãdũ:igit' soꝛ. dãnabitur.dicit' ꝙ illud ꝯñs põt inferi ex prescia dei.vl' ex re ꝯtingẽti preuisa.si infert' ex prescia dei. nõ o3 inferi ꝯñs simpl'r q2 ex necessario inferret' cõtingẽs:sed vt ꝑscituz ab eo h̃ mõ.ergo soꝛ.dãnabit' eo mõ quo ꝑscitũ est ab eo q2 sic ꝯñs erit necessariũ sicut añs:s3 ꝑscituz est ab eo ꝙ cõtingẽter erit ꝛ nõ nec̃io:igit' illð ꝯtingẽter erit. ꝛ nõ necessario.ꝛ tunc sicut añs est necessariũ.sic etiã cõsequẽs.

Et si istatur ꝯ:q2 si pscia dei de re futura cõtingenti est sic visio illi⁹ exñtis supra turri de illo quē videt ire in man⁹ inimicoꝝ:sꝫ visio illa nõ est cã captiuitatis illius ⁊ pt nõ videt.ꝑ°siſr visio dei siue pscia nõ ē cã illi⁹ futuri ꝯtigẽtꝫ ⁊ põt nõ videt illud:⁊ tñ vtrūq3 est sim de deo.ꝑ q2 deus est causa oiuni futur oꝛū:secūdo quia deus necessario videt:igitur non potest nõ videre ⁊c.

Dr ꝙ siſtudo de visiõe illi⁹ qui est sup turrim tꝫ solū quãtū ad h q2 sicut visio illi⁹ nõ est cã illius capture'ı ita nec visio dei est cã illius futuri ꝯtigẽtis. Et cū tu dicis hoc'esse falsū:q2 deus est cã oium futuroꝝ.dr ꝙ deus est causa vñs oiuꝫ futuroꝝ sic:q2 ordinauit fieri necessaria ⁊ cõtingẽtia eo modo quo fiūt:sꝫ in pti'ˡ nõ ē cã.ꝙ magis fiat h cõtingẽs:vel nõ fiat. Et ne' ꝙ tenẽt siſtudo visiõis quãtuꝫ ad cõtingẽter videt:q2 deus necessario videt omnia. ⁊ cõsequẽter necessario videt futura cõtingẽtia. sed qui est super turrim cõtingẽter videt.

Si vero infert ꝯñs ex re ꝯtigẽti pvisa vel pſata:dico ꝙ dꝫ inferi ꝯñs simpſr.s.igit sortes pscitus damnabit.⁊ sicut ꝯñs est cõtigẽs:ita illud añs:ex q̃ ifert:q2 bñ sequit sortes pscitus dãnabitur:igitur sor.damnabitur.

Et si dicatur ꝯ:q2 iste ꝑpositiões cõuertūtur.deus scit sortem dãnari:⁊ sor.pscitus dãnabit:vt probabo:igitur si ex prima nõ potest inferi ꝯñs simpſr:igit nec ex secūda. Et si ex scđa infert simpſr:igit ex prima.ꝑbat añs:quia sicut sequit deus scit sor.dãnari.ergo sor. pscitus dãnabitur:q2 op᷑ ꝯñtis nõ stat cū añte:ita sequitur sor. pscit⁹ dãnabitur.ergo deus scit sortem damnari:q2 opp᷑ cõsequẽtis non stat cum antecedẽte.

Dicitur ꝙ ex illa deus prescivit sor. dãnari.nõ sequit illa igitur sor.pscit⁹vel pvisus dãnabit:q2 ꝯñs est ꝯtingẽs:⁊ añs est necessariū. sꝫ bñ sequit ergo sor.pscitus dãnabit eo mõ quo pscitum est:q2 h est neciū:sed pscitū est ꝙ cõtingẽter dãnabit:ergo sor.ꝯtingẽter dãnabit. Et ex illa sor. pvisus dãnabitur sequit deus scit sortem dãnari solum mãliter:quia ꝯsequẽs est neciū: quare sequitur ad qõiꝫ.

Et si dicẽs quare ex illa deus scit sor. dãnari.nõ sequit illa:igit sor.dãnabit cū op᷑ ꝯñtis nõ possit stare cū añte:ergo videt sequi ex illa. Dicit ex mẽte boetii ꝙ i scia dei duo sunt cõsiderãda:pmo neciās scie:q2 nefas est dicere deū nescire futura ꝯtingẽtia:cū sint sibi pñtia facit necessaria. scđo cõsiderat cõformitas scie dei cū rebus futuris q2 deus p sciam suã scit res futuras cõtingẽtes ꝯtigẽter euenire:sicut necessarias necessario euenire. Et iõ dixit boetius. Nefas est dicere ꝙ ex scia dei sequatur res futuras cõtingentes esse necessarias:inio ꝯ sciam dei est.⁊ iõ ex prescia dei nõ dꝫ iferi res futura cõtingẽs simpliciter sed cum illo addito.eo modo quo scita est ⁊c.

¶ Du' ⁊ vtꝝ dubi'ᵐ ad vtrãq3 ptẽ facile sit iuestigat vitate ꝯñs at q2 scire ⁊ dubitare sūt ꝯria.sed scire est adherere veritati:ergo dubitare est elongari a vitate:sed elongando a vitate non inuestigatur verū:ergo nec dubitãdo.

Itẽ qui dubitat inquirit ꝙ ignorat:sed inquirẽdo ꝙ ignorat:si occurrat ꝙ inquirit nõ cognoscit illud igitur dubitãdo frustra inquirit:ergo dubita'nõ cõfert ad inuestigandam veritatem.

In ꝯriuꝫ est pħs in caplõ de relatiuis in fine dicẽs. Dubitare de singulis nõ est inutile ⁊ boetius dicit cū rõne. Et pmo thopicoꝝ.potẽtes ad vtrãq3 ptẽꝫ dubitare facile in singulis speculari veꝝ ⁊ falsum.⁊ ꝫ°meᵃ.querẽtes a vitateꝫ sine dubitatiões siſe sūt quo ire opꝫ ignorãtibus.

Pro rñsione nota ꝙ dubitare ad vtrãq3 ptẽ cū rõne.cõfert ad iuestigadã vitatẽ.rõ est:q2 cū rõne dubitat.qñ adducūtur rõnes probabiles ad vtrãq3 ptẽ:q2 tūc potiorib⁹ rõnibus adherem⁹:⁊ ppea dicit pħs potẽtes ad vtrãq3 parte dubitare:q2 nõ semper põt fieri h:sed tūc potẽtes sumus ad dubitãdum qñ rõnes probabiles applicare possumus sumptas ex locis dialeticis:de quibus infra dicetur:⁊ maxime fit h in rebus sensibilibus.

¶ Ex his facile ꝶ'ad arᵃ. Ad primū dr ꝙ simpſr dubitare est elongari a veritate:sed dubitare cū rõne ad vtrãq3 ptẽ arguẽdo.ñ ē elõgari a vitate sꝫ appropiq̃re ad vitatẽ

¶ Ad 2ᵐ cū dr.qui dubitat inqrit ꝙ ignorat:dr ꝙ verū est sed põt dupſr inquirere vno mõ cū rõne.s.faciẽdo rõnes ꝑbabiles ad vtrãq3 ptẽ.⁊ sic inqrẽdo.si occurrit ꝙ ignorat.cognoscet illud:q2 relucet illud in rõnibus magis ꝑbabilib⁹. Alio modo põt inquirere sine rõne:⁊ sic faciẽdo.si occurrit illud ꝙ ignorat.nõ cognoscet illõ:q̃re ⁊c.

¶ Dubitat 6' vtrū ex modis ꝑbabilib⁹ arguẽdi notis:facile sit dubitare ad vtrãq3 partem.

¶ Cõtra at q2 si ex modis arguẽdi ꝑbabilib⁹ facile sit dubitare ad vtrãq3 ptẽ. Et sic dubitãdo i singulis facile speculamur veꝝ ⁊ falsuꝫ:igit ex modis arguẽdi ꝑbabilib⁹ facile in singulis speculamur verū:pꝫ ꝯñā:sed ꝯñs est falsum:q2 tunc nõ lateret nos aliqđ verum.

¶ Secūdo at sic.sm pħm scđo elencoꝝ. multotiens falsa ꝑbabiliora sūt veris.sed nõ dicūtur ꝑbabiliora nisi quia de his ratiões ꝑbabiliores sūt q̃ꝫ de veroı ⁊ si sic:igitur difficile speculabimur verum ⁊ falsum in his.

¶ Item cū aliqñ veꝝ sit ꝑbabili⁹ falso:⁊ aliqñ falsū sit ꝑbabilius vero per pħm in elencis igit aliqñ veꝝ ⁊ falsū sunt eq̃ ꝑbabilia:pꝫ ꝯñā q2 vbi est dare magis ⁊ minus ibi est dat equale:⁊ si sic:igitur eque ꝑbabiles rõnes aliqñ fiẽt đ sfo. sic đ vol q̃re tūc ñ discernet veꝝ ⁊ sim i his.

¶ ꝶ° Ad h est duplex modus ꝶᵈⁱ vnus cõis dicẽs. Dꝫ dubitãtes ad vtrãq3 ptẽ facile in singulis speculamur verū ⁊ falsuꝫ.s.sm plimū:⁊ sic facile soluunt oia argumẽta.

¶ Ad primū dr ꝙ ex modis arguẽdi probabilibus facile speculamur i singulis veꝝ ⁊ falsum.s.sm plurimū.

¶ Ad 2ᵐ dr:ꝙ cū pħs scđo elẽcoꝝ dic ꝙ falsa multotiens ꝑbabiliora sūt veris intelligit p multotiẽs aliqñ ⁊ raro iuxta modū loquẽdi cõeꝫ:cū dr multotiẽs fieri h.i.aliqñ s.raro:⁊ sic de falso dicim⁹ ꝙ raro ꝑbabiliores sunt rõnes.⁊ de vero sꝫ plimū. Ad aliã pꝫ ꝙ cū aliqñ sint rõnes ꝑbabiliores de falso:tūc difficile est discernere verū:sed istud est raro. Et siſr si essent eque probabiles rõnes de vtroq3 difficile eẽt discernere verū sed est raro.

¶ Alter modus Rñdẽdi dixit ꝙ ex modis arguẽdi ꝑbabilibus facile speculamur verū ⁊ falsum in singulis.s.in quibus modi arguẽdi ꝑbabiles pfecte applicari possūt ꝙ notanter dr:q2 in rebus sensibilib⁹ perfecte applicari possunt:in alijs autem non sensibilibus non perfecte:q̃re in illis difficile est discernere verum.

¶ Ex h facile ꝶ'ad arᵃ. Ad pmū pꝫ q2 i rebus sensibilibus in quibus hi modi perfecte applicari possunt speculabimur verum facile:sed in alijs non sic.

¶ Ad 2ᵐ dicitur ꝙ falsa multotiẽs probabiliora sūt veris scꝫ in his i quibus modi ꝑbabiles nõ possūt applicari.

¶ Ad 3ᵐ põt concedi ꝙ aliqñ falsa sunt eque probabilia veris:sicut ꝙ mūdus sit eternus est problema neutrū ad vtrãq3 ptẽ ꝑbabile:q̃re sim ita ꝑbabile est sicut verum.

¶ Du' 7° vtrū modi arguendi ꝑbabiles sumant ex locis dyaleticis siue thopicis.

¶ Cõtra at pmo.q2 loci dyaletici sunt media ꝑbabilia sꝫ me'ꝑbabilia sunt multotiẽs flã:igitur loci dyalectici sūt multotiẽs falsi:ꝯñs falsum:⁊ ꝯ'tenet a pmo ad vltimuꝫ. ⁊ minor probat q2 falsa sunt multotiens ꝑbabiliora veris:ergo falsa sunt multotiẽs ꝑbabilia. tꝫ ꝯñā a cõparatiuo ad positiuuꝫ.tunc vltra falsa sunt multotiẽs probabilia:igitur probabilia sunt multotiẽs falsa:tenet ꝯñā per conuersionem simplicem:quare ⁊c.

¶ Secūdo at modi arguẽdi distinguunt sꝫ tres figuras.

q2 in pma figura sunt nouē modi arguendi vt patet per versus illos. barbara celarent ⁊c̄. Et in scda fig^a sunt 4^or modi arguēdi. cesare camestres festino baroco: ⁊ i terti^o sunt sex modi darapti felapton disamis datisi bocardo ferison igit modi arguendi non sumūtur fm locos dya^cos.

¶ Item si sumuntur fm locos dyalec^cos q̄ro q sunt hi loci ⁊ q̄t sūt i gnē ⁊ i spē: vt illis cognitis facile arg^m possim^9.

¶ R^o. ad pmū concesso q̄ media pbabilia aliq̄n sint falsa. negat p^a a pmo ad vltimum: q2 non valet nisi verificet vl'r prium de subo in qualz ppositione. sicut dādo omnis homo est aial. omne aial est suba: ergo ois homo ē suba: s3 pti^r non valet. sicut p3 dādo homo est animal: aial est asinus ergo homo est asin^9. Sil'r hoc non valet dādo locus dya^cus est mediū pbabile: mediū pbabile est multotiēs falsum: ergo locus dya^cus est multotiēs falsus: sed vl'e bene v3: dādo omnis locus dyalec^cus est mediū probabile. oē probabile est multotiens falsum: ergo omnis locus dyalecticus est multotiens falsus: sed minor est falsa.

¶ Posset etiā al'r dici. tenendo q̄ me^a pbabilia semp sint v̄a: ⁊ sic loci dya^ci ɔuertunt cū medijs pbabilib^9. Et tūc ad argu^m dī q̄ l3 f̄la sint multotiēs pbabilia. nō est q̄ falsa sint me^a pbabilia: sed q2 falsa applicant ad me^a pbabilia sumpta pro maiore ideo falsa videntur probabilia.

¶ Ad 2^m cū dī modi arg^di distigunt fz tres figuras: igitur non distingunt fz locos dyalecticos dicit q̄ equiuocat de modis arguēdi formalibus et materialibus: q2 pmi distingunt penes tres figuras: ⁊ fi distingunt penes me^a vel probabilia. vel necessaria vel apparentia: ⁊ ideo modi arguendi probabiles distingunt penes media probabilia: ⁊ modi arguendi demōstrati penes me^a necessaria.

¶ Ad aliud dicit q̄ tres sunt loci dya^ci in gnē. s. intrinseci. extrinseci: ⁊ medij. Intrin^ci summunt ex duob^9 ex. s. subaliter inherētibus: ⁊ ex ɔcomitantibus subam. A subal'r inherētibus sumpti sunt ex tribus. s. ex diffōne que est p eēntialia. s. p genus ⁊ dria3: ⁊ a descriptione: q̄ est p gen^9 ⁊ ppriū: ⁊ ab interpretatiōe que est expō nois p aliqd noti^9 vt phs. i. amator sapie. Loci ex ɔcomitātib^9 subam sunt ex q̄tuor pncipal'r. s. ex toto. ex accidentib^9 ⁊ vsibus Totū sex modis dī. s. totum vl'e vt genus re^u spēi. totum integrale: vt domus respectu ptium. totum in quātitate: vt termin^9 cōis sumptus cum signo vl'i: vt omnis hō: totum in modo: vt termin^9 cōis simpl'r sumptus: vt hō: respectu hois albi. totum in tpe: vt semper totum in loco: vt vbiq3. Causa dicitur quadrupliciter. s. de causa māli. de causa formali de effi^te ⁊ de finali. Accidentia. s. ppa sunt que sequunt eēntiā rei: vt penitere sequitur ad deliquisse. Usus est operatio rei: vt equitatio est vsus equi.

¶ Locus extrinsecus sumit ex sex rebus. s. ex oppōne. ex minori: ex maiori: ex silibus ex pportionib^9. ex trāsumptiōe ⁊ ex auctoritate. Opposita sunt quadruplicia. s. relatiue opposita: puatiue opposita. ɔrie opposita: ⁊ ɔtradictorie opposita. Locus ex minori est. si de quo minus videt inesse ⁊ inest: ergo ⁊ de quo magis. Loc^9 a maiori. Si de quo magis videtur inesse nō inest. igit nec de quo min^9. Silia sunt quorum est eadem qualitas: proportionalia sunt: quorū est eadem ratio: vt si gubernator nauis consilio eligendus est ⁊ nō sorte: ergo ⁊ gubernator studij similit. Transumptio est declaratio vnius noti p magis notum: vt sapiens non inuidet: ergo nec phs. Loc^9 ab auctoritate: vt cuiq3 in arte sua experto credendū sit.

¶ Locus medius summitur ex quattuor. s. ex coniugatis. ex casibus. ex diuisione ⁊ ex comutata proportione. Cōiugata dicunt concreta cum abstractis: vt albu3 ⁊ albedo. Casus dicunt qui cadunt ab eodem: vt iustum: ⁊ iuste: q2 cadunt a iustitia. Cōmutata proportio est cum ex duabus proportionibus similibus infertur alia proportione propterea dicitur cōmutata. ver. gra. sicut se habēt 12. ad. 6. ita. 8. ad. 4. q2 vtrobiq3 est proportio 2^la. ergo a cōmutata proportione. sicut. 12. ad. 8. ita sex ad quatuor se habent quia vtrobiq3 est sexquialtera.

¶ Et nota circa hos locos q̄ op3 intelligere duplicē modum arguendi. s. constructiue ⁊ destructiue. Et aliquando vtroq3 mō vtimur. al'n vno tm̄. Et vt isti loci memorie mandari possint feci hos versus.

¶ Est locus interior medius extrinsecus omnis.
¶ Interior duplex substan. concomitat atq3
¶ Est locus ad substan. diffin. descriptioq3 inter
¶ Concon. dat totum dat causas accidit vsus
¶ Extrin. oppo. minor simile proportio transum.
Additur auctoritas.
¶ Est medius coniug. casus diuisio comut.

¶ Cum dictu3 sit hactenus de vero quid sit: ⁊ quomodo inuestigari possit. conueniēs est tangē aliquid de falso: cum oppositorū eade3 sit disciplina. Sed quid sit falsu3 patet ex diffinitiōe veri: quoniā qui bene diffinit: contraria consignificat. Sed quomodo deducat falsum ex apparenti argumentatiōe non satis constat: ideo de hoc dubitabimus vt hos modos appent arg^di inuestigemus.

¶ Du^r ergo. 8°. vtrum modi apparenter arguēdi recte distinguant a pho p esse vel fieri ĩ dictionē ⁊ ex̄ dictionē.

¶ Contra arguit sic q2 quot modis dicit vnum oppositorū tot modis dicit ⁊ reliquū primo thop^r: sed modi pbabiliter arguēdi qui opponunt ad modos apparent arguēdi distingūt ex locis thopicis qui sunt tres in gnē: igitur modi apparent arguēdi distinguent ex locis sophisticis qui erunt consimiliter tres in genere: ⁊ sic non distinguētur penes dictionem ⁊ extra dictionem.

¶ Item sicut disputatio dyalectica vtit syllogismo dya^co. ita disputatio litigiosa vtitur syllo litigioso. s3 disputatio dya^ca ⁊ modus arguendi ei^9 distinguit ex mō procedēdi syllogismi dya^ci: igitur disputatio litigiosa ⁊ modus arguēdi ei^9 distinguit ex mō pcedēdi sylli litigiosi: sed syllogism^9 litigiosus al'n pcedit ex his q̄ peccant in mā tm̄: aliq̄n ex his que peccant in foia tm̄: aliq̄n ex his que peccāt in vtroq3. igit modus apparent arguēdi distiguetur ex his. nō g̃ distinguetur ex dictione ⁊ extra dictionem.

¶ 3° arguit pncipal'r ɔ modū distinguēdi spēs: q2 phs distinguit palogismum in dictione in. 6. spēs: ⁊ paralogismū ex̄ dictionē in. 7. spēs. Cōtra arguit q2 ois diuisio debz esse bimēbris vel reducibilis ad bimēbrē fm boetiu3 in libro diuisionū: sed ista non est bimēbris: vt p3: nec reducibilis ad bimēbrē. pbat q2 si eēt reducibilis ad bimēbrem vel esset per diuisionē p se: vel per accñs. nō p diuisionē p accidēs: q2 illa est diuisio subti in acci^a: vel accidētis in subiecta: vel accidētis in acci^a. Nec etiam per diuisionem per se: quia vel esset generis in species: vel totius in partes: vel vocis in significationes: sed nulla harum est: nisi dicatur: q̄ est diuisio vocis in significationes: sed illa est diuisio vocis equiuoce in significata sua. g̃ oēs isti palogismi eēnt de fallacia equiuocatiōis: q̄ est falsum.

¶ R^o. Ad p^m pt dici ɔce^do q̄ mod^9 appent arguēdi distinguit: sic mod^9 pbabil'r arg^di. s. ex medijs ex qb^9 pcedit: q2 sic mod^9 pbabil'r arg^di pcedit ex medijs v̄e pba^b9 que summūt vl' a subal'r inherē^b9 vel ab acci^b9. Sic modus appent arg^di pcedit ex medijs appen^b9 siue ex his q̄ videt pba^lia ⁊ nō sūt: ⁊ illa sumūt vel a subal'r inherē^b9 vel ab acci^b9: q2 modi i dictiōe sūpti sūt a sbal'r iheren^b9: q2 m̄ peccāt rōne multiplicis sig̃tiōis. q̄ sig̃tio est sbal'r iherēs dictiōib^9 ⁊ orōnib^9: q2 ponit in diffōnib^9 eo2. Modi v̄o ex̄ dictionē sumūt ab accidētal'r inherētib^9: q2 peccant ɔ modū arg^di: ⁊ mod^9 arg^di accit orōnib^9. S3 l3 possint sic distigui nō valet ɔ^a cu3 dī in fine: igit non distinguitur

penes dictionē ⁊ exdictionē: q2 possunt multiplr distin/
gui isti modi. Et distictio p̄hi in dictionē ⁊ extradictionē fit
ēē o b̄a rōne diuersa⁊ cāp̄ q2 palogism⁹ i dictiōe fit rōne
multiplicis significationis ⁊ extra dictionem fit ratione
sophistici syllogisimi vt infra patebit.

¶ Uel alr̄ dī ⁊ subtili⁹ q̄ ista ppō q̄t modis dī vnū oppo
sitoꝝ tot modis dī reliquū si intelligit̄. q̄t modis diuidit̄
vnū oppositoꝝ tot modis diuidit̄ ⁊ reliquū. fl̄a est: q2 sa
nitas ⁊ egri^{tu}d̄o 2ria sūt: ⁊ tñ egri^{tu}d̄o multis modis diuidit̄ q̄bus
sanitas diui nō p̄t. Nā egri^{tu}d̄o in cōplexiōe diuidit̄ i simplicē
⁊ cōpositā. simp^r diuidit̄ q2 alia calīa: alia frida: alia hūida
alia sic. Et cōposita diuidit̄: q2 alia calīa ⁊ hūi^r: alia calīa ⁊
sicca. alia frida: ⁊ humida: alia frida ⁊ sic. Et tñ sanitas i
cōplōne nō p̄t sic diuidi q2 ⁊c̄. Si vō itellr̄ q̄t modis dī
vnū oppositoꝝ. i. q̄t modis 2siderat̄ vnū oppositoꝝ. tot
modis ⁊ reliquū 2siderari p̄t: sic v̄a est: s3 pp̄ h̄ nō potest
diuidi sic. Quare 2ña vltima negatur: igitur non distin/
guitur penes dictionem ⁊ extradictionem.

¶ Ad 2m p̄ncipale cū ar̄ 2 modū distiguēdi sp̄es: q2 ōis di
uisio d3 eē bimēbris: vel reducibilis ad bimēbrē 2cedit̄:
s3 ne^r mior. s. q̄ ista nō sit reducibilis ad bimēbrē. Et ad
pbōnē dī q̄ palogism⁹ i dictiōe diuidit̄ i hos modos rō
ne multiplicis significatiōis vocis ⁊ sic est diuisio vocis
in significatiōes. Et cū infert̄: ḡ oēs sunt sub equoco ne/
gat̄ 2ñ: q2 diuisio vocis in sig̃atiōes vl̄ est diuisio dictiōis:
vel orōnis. si dictōis sub equoco est. si vō orōnis sub am
phibologia ē. i. sub ambigui^{ta}. h̄ boeti⁹ in libro diuisionū.

¶ Et si q̄rat̄ quomodo distinguātur hi modi specialiter
incipiendo ab equiuoco reducendo ad bimembrem?
R̄ p̄supposito q̄ diuisio palogismi in dictione fiat rōne
multiplicis signis: q̄ est in dictiōe vel orone. Et si i dictio
ne. sic est equocatio. accētus. ⁊ fig^a dictōis: q̄ sic distigūt̄:
q2 si ē i dictiōe nō variata: equocatio est. Si vō variata.
h̄ est 2^r vel rōne pnūciatiōis: ⁊ sic est accēt⁹. vel ratione
similitudinis terminationis vocis: ⁊ sic est fig^a dictionis.
Si vō in orone est multiplx significatio: vel inest ei non
variata oratione: ⁊ sic est amphibologia. Aut est varia/
ta aliqualiter oratio: ⁊ sic est compositio ⁊ diuisio.

¶ Diuisio vō palogismi extradictionē fit rōe sophistici syll̄i.
hoc aūt dupl̄r fit s3 ph̄m p̄ helēcoꝝ: q2 aut videt̄ syll̄s ⁊
nō est: aut est qdē: sed nō est 2ueniēs rei: q2 vel nō debite
pbat: vel nō debite r̄ndet. Si nō est sed videt̄ vt syll̄s so/
phistic⁹ aut peccat 2 formam syll̄i simpl̄r: aut 2 formā syll̄i
helenci. i. 2dictionis. si scd̄o mō est fallacia ignorātie he
lenci: q2 diminuit̄ aliqua 2ditio requisita ad 2dictionem.
Si p̄ mō est dupl̄r: q2 aut peccat 2 modū gn̄alem arguē
di: aut 2 modos sp̄ales. Si p̄ mō est fallacia 2ñtis: q2 ar
guit̄ a pōne 2ñtis ad pōnem añtis: qui est modus oppo
situs mō gn̄ali arguēdi ex opposito 2ñtis ad op^m añtis.
Si scd̄o mō dupl̄r: q2 modi sp̄ales arguendi sunt int̄ ea
q̄ hn̄t nec̄ia 2nexionē adiuicē: q̄ vel sunt 2uertibilia: vl̄
se hn̄t vt supi⁹ ⁊ iferi⁹. ⁊ i his semp alteꝝ simpl̄r inest et
p se. Si ḡ sit p op^m dupl̄r est. Aut q2 vnū nō inest simpl̄r
alt̄i: aut nō inest p se. Si p̄ mō fit fallacia s̄m qd ⁊ simpl̄r
si scd̄o mō fit fallacia accn̄tis. Si vō ē sophisticus syll̄s
solū: q2 ñ 2ueniēs rei: est dupl̄r: aut q2 nō accipit debitū
mediū in pbando: aut nō debite r̄ndet. si nō debite r̄ndet
est fallacia s̄m plures interrogationes vt vnā. si vō non
accipiat debitū mediū est dupl̄r. s. aut q2 nō accipit ma/
gis notum aut q2 non accipit causam. si primo modo est
petitio p̄ncipij. si scd̄o mō est s̄m non causam vt causam.

¶ Equoca^o h3 tres modos ⁊ sic reducit̄ ad bimēbrē: q2 di
ctio plā significat: aut eq̄l̄r plā sig̃t aut non eq̄l̄r: si eq̄l̄r est p̄/
m⁹ modus: vt discē q̄ sig̃t de nouo discē: ⁊ itellige. Si nō
eq̄lit̄ aut sig̃t vnū p̄us: ⁊ aliud posterius: aut vnū nūc: ⁊
aliud tūc. si p̄^o est scd̄s modus: vt expediēs q̄ sig̃t bonus

p̄us ⁊ posteri⁹ min⁹ malū: si scd̄o mō est 3⁹ modus: vt le/
gēs iunctū mō cū p̄nti modo cum preterito. ⁊c̄.

¶ Amphibologia hēt tres modos: ⁊ sic reducit̄ ad bimē
brē diuisionē: q2 orō plā signs vel eq̄liter plura sig̃at vel
ineq̄lit̄. Si eq̄liter est p̄mus modus: vt liber est aristo^{tis}.
Si inequaliter: aut significat p̄ncipal̄r vnū: ⁊ aliud me/
thaphorice: aut diuersa sig̃t s̄m diuersam 2structionē ca
suū. Si p̄ mō est scd̄s modus: vt litus arat̄. si 2° mō est 3⁹
modus: vt quicq̄ h3 sciam seculi. sc̄lm scit. exēplū p̄hi est.

¶ Compō ⁊ diuisio hn̄t tres modos: ⁊ sic reducit̄ ad bi/
mēbrē: q2 vel fit rōne dictiōis potētis determinare dēm
2pōnis vel mediare int̄ ptes dicti: vl̄ fit rōne alteri⁹. Si
p̄ mō est p̄m⁹ modus cōpōnis ⁊ diuiōis: ⁊ qñ peccat cōpō
est fallacia cōpōis. Et qñ peccat diuio est fallacia diuiōis.

¶ Et sic intellige in alijs modis: vt possibile est sedentem
ambulare: si scd̄o mō dupl̄r: q2 vel fit rōne 2iūctiōis et: ⁊
vel: vel fit rōne dictionis: que pōt coniūgi diuersis dictio
nibus. Si p̄^o. est scd̄us modus: ⁊ talis 2iunctio p̄t tene/
ri collectiue ⁊ diuisiue: vt quicq̄ sunt duo ⁊ tria. Si scd̄o^o
est tertius modus: vt posui te seruū entem liberum.

¶ Accētus h3 q̄tuor modos: q reducunt̄ sic ad bimēbrē:
q2 cū accētus fiat eē syllabā: vl̄ fit eē illā simpl̄r sumptā:
vel cū addito: si simpl̄r sumptā dupl̄r: q2 vel fit cū rithi/
mo rōne canēdi. vel rōne cantādi. si p̄^o: est p̄m⁹ modus. s.
accētus grauis vel acutus. si scd̄o mō est accētus breuis
vel longus. Si cū addito: vl̄ cū aspiratiōe: ⁊ sic est terti⁹
modus. leuis ⁊ asper. vel cū additione alterius dictiōis
vel fine: ⁊ sic est quart⁹ modus. Et de isto tñ exēplificat
p̄hs: vt metuo longas pereunte noctes lidia dormis.

¶ Figura dictionis hēt tres modos: qui sic reducunt̄: q2
similitudo terminatiōis vocis vel sumit̄ in ordine ad ge
nus masculinū: vel femininū: vel in ordine ad aliud. Si
p̄mo mō est primus modus: ⁊ mutat̄ gen⁹ vnū in aliud
rōne silitudinis terminatiōis vocis: vt catilina dī alba.
Si vō i ordie ad aliō: vl̄ i ordie ad rē sig̃tā vl̄ 2sig̃tā. si p̄^o
est scd̄s modus: ⁊ sic mutat̄ qd in q̄le ⁊ e3: vel q̄le in q̄z/
tū: ⁊ e3: q2 hec silem terminationē vocis hn̄t. q̄dcūq3 q̄le
cūq3: q̄ztūcūq3: iō vident̄ sig̃re idē. Si scd̄o^o est 3⁹ modus:
q2 mutatur quale quid in hoc aliq̄d: vel e3. nam species
puta hō 2significat singularia sua. s. hunc hominem ⁊ il
lum. Et singularia consig̃nt speciem. Exemplū p̄hi vt iu
gere simil̄r figura dictiōis dī ei q̄ est secare. ⁊ tñ iugē q̄/
le qd ⁊ affectū sig̃t. secare vō significat facere quid.

¶ Accidētis fallacia hēt tres modos: ⁊ dī accn̄s hic q̄ p
accn̄s inest subo. Reducit̄ sic ad bimēbrē: q2 tale p acci/
dēs: vel accipit̄ eē subm singulare: vel vl̄e. si p̄^o est p̄mus
modus: q2 nō op3 q̄ qcqd dī de subo: dicat̄ de tali acci/
dēti nec e3: q2 si coriscus est veniēs: ⁊ coriscus est cogni/
tus nō op3 q̄ veniēs sit cognitus. Si 2m dupl̄r: q2 subm
vl̄e vel se h3 vt supi⁹ ⁊ inferi⁹ re^{sp}u alteri⁹ vel vt 2uertibile.
si p̄^o est scd̄s modus: q2 nō op3 q̄ de quocūq3 dicit̄ aial.
dicat̄ accn̄s ei⁹ si 2° mō est tertius modus: q2 cōpat̄ sp̄es
ad 2priū. puta hō ad risibile: q2 non op3 q̄ de q̄cunq3 dī
aliq̄d borū: de illo dicat̄ q̄ iest paccñs eis. ex^m p̄hi penes
supi⁹ ⁊ iferi⁹. si corisc⁹ ē alt̄ a socrate. socrates ē hō: ḡ co/
risc⁹ ē alt̄ ab hoie. si sc̄^o: q2 accit corisco eē altm a socrate.

¶ 2m qd ⁊ simpl̄r h3 q̄nq3 modos: q sic reducunt̄: q2 s3 qd
dī dictio defectū dicens. talis ḡ dictio dicens defectū vel
nullo mō p̄dicat̄ de dictione simpliciter sumpta: vel ali/
quo mō: si nullo mō p̄dicat̄ est p̄mus modus ⁊ q fit rōne
dictionis corrūpentis: ideo nō valet est hō mortu⁹. ḡ est
hō. Si aliq̄ mō dī: vel real̄r: vel nō: si nō: vel itētiōal̄r dī
vt opiab^{le}. ⁊ ē 2⁹ mod⁹: aut i po^o dī: ⁊ ē 3⁹ mod⁹. Si real̄r
aut 2m p̄te dī: ⁊ ē 4⁹ mod⁹: aut mal̄r dī: ⁊ ē 5⁹ modus. ⁊c̄.

¶ Helenci ignorantia hēt 4^{or} modos: q2 pp defectū vniuscuiusq3 2dōnis reqsite que sunt 4^{or} fit vnus modus. Est
enim

eni belēcus ɔtradictio vnius ⁊ eiusdē nō nominis sȝ rei ⁊ nois ad idē ⁊ fm idē ⁊ silr ⁊ in eodē tpe. pm⁹ modus peccat ɔtra ly ad idē scḋs modus ɔtra ly fm idē tertius modus ɔtra ly silr. 4⁹ modus ɔtra ly in eodem tēpore. Sic reducit ad bimēbreq̄ cū ɔdictio sit oppō : que est inter eadē dino: q̄re vel sunt eadē intrinsecus: vel extrinsecus: si intrinsecus vel sunt eadē fm subaȝ vel fm accidēs: si fm subam ad idē sunt cōparata : si fm accñs sunt fȝ idē. Et si extrīsec⁹ sit eadē: vl' i mō se hñdi: vl' i tpe: q̄ ⁊c̄

¶ Petitio pncipij habȝ q̄tuor modos. ⁊ sic reducit ad bimēbre: q̄ vel accipit pro medio min⁹ notū: vl' eq̄ notuȝ. Si min⁹ notū dupl'r: q̄ vl' accipit diffō ad pbādū aliqd de diffi°. s. in accñtalib⁹: vel accipit diffi^m ad pbādū aliqd de diffōne. s. i subalib⁹: ⁊ sic est pm⁹ modus: vel accipit vl'e ad pbandū aliqd de particula^{ri}. s. in accñtalib⁹: aut accipiunt pti^{ra} ad pbādū aliqd de vli. s. in subalib⁹: q̄ in his mediū est min⁹ notuȝ: ⁊ sic est 2⁹ modus. Si vo accipiat mediū eq̄ notum: vel coniunctiȝ accipitur q̄ oȝ probari: vel eq̄: ⁊ est 3⁹ modus: vel accipit vnum correlatiuuȝ ad probandum aliud: ⁊ sic est quartus modus.

¶ Cōseq̄ntis fallacia hēt duos modos : q̄ vel at a pōne ɔñtis ad pōnē añtis: vel a destructōe añtis ad destruc^{tionem} ɔñtis. Si p̄ mō est pmus modus. si 2° mō est scḋs modus ponit pbs ex^m pmi modi: ⁊ fuit rō melissi q̄ arguebat sic. Si vniuersum est factū habet pn^m: g̃ si nō est fcm̄ non hēt pn^m. ⁊ ɔñr nō hēt finē ⁊ ɔñr est infi^m. Oȝ nō sit factū pbabat: q̄ vel ex ente: vel ex nō ente: nō p^m q̄ eēt añq̄ȝ factuȝ eēt. nō 2^m: q̄ ex nihilo nihil fit dicit pbs si nūc q̄ factum ē hȝ pn^m. nō ɔuertit q̄ oē q̄ hȝ pn^m sit fcm̄: ⁊ cū nō ɔuertat nō lȝ arguē a destructiōe añtis ad destructionē ɔñtis.

¶ 2^m nō cām vt cām hȝ tm̄ vnū modū. s. cū assignat nō cā pro cā. Ex^m pbi est cū aia ⁊ vita nō sint idē: si dicis q̄ sunt idē: at sic: gñō ⁊ cor° sunt ɔria: ⁊ alicui cor^{ri} aliqua gñō est ɔria: sed mors cor° quedā est: ⁊ est ɔria vite: sed cū vita ⁊ aia sint idē: g̃ vita ⁊ aia est gñō: ⁊ sic viuē est gñariȝ h̄ est ipol': ergo illud ex quo se^r: sed se^r ex illo q̄ aia ⁊ vita sīt idē: q̄re dicit pbs q̄ seq̄t sine illo q̄ dicatur q̄ aia ⁊ vita sint idē: q̄ sequit magis ex illo: mors ⁊ vita sūt ɔria.

¶ 2^m plures iterrogatiōes vt vnā h̄ fallacia hȝ duos modos. pmus est in sing^{la} nūo: cuȝ pl'a de vno q̄runt: vt credas tu q̄ ethiops sit hō alb⁹. 2⁹ modus est. cū q̄rit vnuȝ de plib⁹ in pli: vt credis tu q̄ mel ⁊ fel sint dulcia.

¶ Et nota q̄ h^e vna negatia: lȝ videat falsa: est tñ v̄a: q̄ si negant pl'a simul. non est necesse q̄ neget q̄d lȝ seorsum. Et p istis fallacijs memorādis feci hos versus.

¶ Equi vel amphi. compos. diui. accen que figura.

¶ Ut quid helence petis con. causa: vel inter.

¶ Tractatus de scire ⁊ dubitare.

Cum logica dicatur modus sciendi: vt colligit a pbo scḋo me^{ta}: cum dicit. Absurdum est simul querere sciētiam ⁊ modum sciendi. vbi ɔ^m dicit q̄ per modum sciendi pbus intelligit logicam: ideo subtiliter speculantes dicunt: q̄ ita logica est modus sciēdi res singulares. sicut vl'es: sed diuersimode: q̄ scire dupliciter dicitur. s. cōiter ⁊ pp̄e: pp̄e v̄o dictum est ēē res vniuersales: cōiter v̄o dictum est ēē res singulares. Uidenduȝ igit p°: si h̄ ɔsonant dictis pbi. 2° videnduȝ qd est scire proprie dcm̄: ⁊ quid sit scire cōmuniter dictum. 3° videndum est : si scire ⁊ dubitare sint ɔria. 4° in que pncipia resoluitur scire proprie dictuȝ: ⁊ in que resoluitur scire cōmuniter dcm̄. 5° si scio pōt facē sensum compositum ⁊ diuisum.

¶ Quantū ad pmum sciendum q̄ pbs in pmo poste^r: cuȝ diffinit scire simpl'r: loquitur de scire proprio dicto: quia tale scire est intelligere p demōstrationē. demrō autē est ex vniuersalibus ⁊c̄. Et ideo ēē sinē pmi poste^r dicit q̄ p sensum nō est scire: q̄ per sensum cognoscit solum singulare ⁊ non vniuersale: ⁊ demōstratio est ex vniuersalib⁹. q̄re non est scire p sensum. Et ibi loquit de scire proprie: Sed in pbe° poste^r cum dicit. Est autē cognoscere quedā pus cognoscentē: quorūdā aūt simul accipe noticiā: vt quecūq̄ contingūt eē sub vniuersalibus. ⁊c̄. Et addit loquens de singularibus. Quorūdā. n. h̄ mō disciplinat ⁊ non p medium vltimum cognoscit: vt quecunq̄ contingunt eē de numero singularium: ⁊ non dicuntur de alio subiecto: ⁊ hic loquitur de scire communiter. ⁊c̄.

¶ Quātū ad 2^m. Sciendum q̄ scire proprie dictum diffinit a pbo pmo posterioȝ. Cuȝ dicit. Scire simpl'r opinamur. Cum arbitramur cognoscē cām pp̄ter quā res est: ⁊ q̄m illius est cā: ⁊ non cōtingit al'r se habere. Scire v̄o cōmuniter diffinitur ab hentisbero. Oȝ est firmiter credere absq̄ hesitatione. cum h̄ q̄ ita sit.

¶ Quātū. Ad 3^m sciendum q̄ ɔria : vt inq̄t pbus 2° me^{ta}: sunt que sub eodē gñe maxime distant: ⁊ simul eidē ineē non possunt: ⁊ sunt apta nata inesse eideȝ successiue : sed scire ⁊ dubitare sunt h̄: igr̄ scire ⁊ dubitare sunt ɔria.

¶ Quātū ad 4^m. sciendum q̄ scire pp̄ie dictū resoluitur in cās pp̄rias indemrā^{les}: ex qb⁹ siūt ppōnes nec̄ie p se: ⁊ fm q̄ ipm p q̄s causat tale scire per demonstrationeȝ.

¶ Scire v̄o cōiter resoluitur in ppōnes singulares sumptas mediante h̄ v̄bo scio cum pnomie demrātiuo: vt i°: scio sortē currere: resoluit in hāc scio hoc currē. ⁊ scio h̄ eē sortem. Et iste ppōnes singulares sunt ita pn^a indemōstrabilia fm sensum: sic pn^a pp̄ria indemrābilia sunt pncipia pp̄ria fm intē^m. Q̄uis moderni dicant q̄ ppositio de scire cōmuniter dicto probari debeat officiabiliter sic h̄ est scita a me. sortes currit: que adequate significat sortem currere. igitur scio sortem currere.

¶ Quātum ad 5^m sciendum q̄ qñ h̄ verbuȝ scio pcedit dictum ppōnis facit sensum cōpositū qñ v̄o mediat inter partes dicti facit sensum diuisum: exemplū primi: vt scio sortem currere. exēplum scḋi: vt sortem scio currere.

¶ Du^r igitur primo circa primum dictum. s. vtrū scire dupliciter dicatur. s. cōmuniter ⁊ pp̄rie: ⁊ scire cōmunit' sit circa singularia: scire v̄o proprie circa vniuersalia.

¶ Contra primā partem arguit: q̄ scire non recte distinguit in scire pp̄rie dictum: ⁊ cōmuniter dictum : q̄ pbs distinguit pmo posteriorum scire in simpliciter dictuȝ: ⁊ in scire fm accidēs: sed scire simplicit' dictum est scire pp̄rie dictum: ergo scire per accñs est scire cōmunit' dcm̄ ɔñs falsum: q̄ phylosoph⁹ appellat scire per accñs oē scire distinctū ɔ scire simpl'r: ⁊ consequenter scire per demōstrationē q̄ est scire per accidēs: ⁊ tm̄ scire per demōstrationē q̄: nō est scire cōit' qḋ est circa sing^{ria}: q̄ demrō q̄ est ēē vlia: q̄re scire p accñs nō est scire cōit' dictum.

¶ Cōtra 2^{am} p̄tē at. s. ɔ mēbra diuisiōis: q̄ dcm̄ est q̄ scire pp̄rie est ēē vlia: ⁊ scire cōit' est ēē sing^{ria} ɔ pmaȝ p̄tē at. q̄ scia theologie ⁊ scia me^{ta} est scia pp̄e dcā ⁊ tm̄ ē de deo: q̄ est res sin^{ris}. igr̄ de re singulari est sciētia pp̄rie dicta.

¶ Itē at q̄ scia cōit' dicta non est de sing^{rib⁹}: q̄ fȝ porphi. descēdēte a gñalissimis ad spāissi^a: iubet plo q̄escē: q̄ infinita relinquēda sunt cuiusmodi sunt singularia: q̄ horū nō pōt fieri disciplina: hec porphyrius: vt arguat sic. Infinitū fm q̄ infi^m est ignotū. sing^{ria} sūt infinita. igr̄ singularia sunt ignota: q̄re de his non pōt esse scientia. ⁊c̄.

¶ R̄e°. Ad p^m dr̄. q̄ scire pp̄e est ēē vlia: ⁊ scire cōiter est ēē sing^{ria}: sȝ scire pp̄e est 2^r. s. scire sim^r. i. scire p se q̄ est p demrōnē pp̄ qd: ⁊ scire p accñs q̄ ē p demrōnē q̄. Ad ar^m cū dr̄ sȝ scire p se ē pp̄e dcm̄. igit scire p accñs ē scire cōit' dcm̄. ne^r ɔ^a: q̄ scire pp̄e appellat oē scire q̄ est p demrōnē. si sit p demrātionē pp̄ter qd est scire per se : ⁊ si scit p demōstrationē q̄ est scire per accidens : ⁊ nō scire cōit'

¶ Ad aliud cũ arḡ ɔtra mẽbra diuisiõis. p̃ q2. de deo ẽ scia ꝓprie dicta. s. theo⁹ ⁊ me⁹. dicit ꝙ ſm modũ loq̃ndi phi ꝓ post⁹ scia ꝓprie dicta est solũ ꝑ demr̃atõnẽ: ⁊ demr̃o est solũ de vlib⁹. Et sicut scia ꝓprie dicta est 2ᵉ. s. ꝑ se ⁊ ꝑ accidẽs. sic scia coiter dicta põt diuidi in ꝑ se ⁊ ꝑ accidens. ꝑ se est de sing⁹ eternis ⁊ incorru⁹. per accidens võ est de sing⁹ corrup⁹. Et scia coiter dicta q̃ est de sing⁹ incorru pti⁹ est pfectiori q̃ȝ scia ꝓprie dicta iuxta illud phi. x. de aialib⁹ cũ dicit. Concupiscim⁹ magis scire modicũ de rebus honorabilib⁹ ⁊ altis: ⁊ si illud topice sciamus. i. ꝓbabilit̃. q̃ȝ scire multũ de reb⁹ ignobilib⁹ ⁊ si demr̃atiẽ sciam⁹: q2 illud bȝ nobilitatẽ ex se. hic vero ex alio. ⁊c̃.

¶ Ad aliud cũ arguit̃ de singularibus sensibilibus nõ p̃t esse scia: q2 sunt infinita: dicit̃ ꝙ dicuntur infinita. i. indeterminata ſm numerũ: q2 non habẽt numerũ determinatũ: ⁊ negat̃ ꝙ sint infinita ꝓprie accipiendo infinitum: q2 tale est ignotum: ⁊ cũ pl̃o dixit ꝙ de his non est scientia siue disciplina loq̃tur de scientia proprie dicta.

¶ Du⁹ 2ᵒ ẽẽ diffinitionẽ scientie proprie dicte vtrum sit cõueniens. cũ dicit̃. Scire est cũ arbitramur cognoscẽ cãm ꝑꝑ quã res est ⁊ q̃m illi⁹ est cã ⁊ nõ ɔtingit al̃r se hẽre.

¶ Contra totã ar̃. q2 sequit̃ ꝙ nescientes scirẽt simpl̃r. cõsequens falsum. ꝓbat̃ ɔᵒ. q2 tota diffõ competit illis. q̃m nescientes arbitrant̃ cognoscẽ cãm ꝑꝑ quã res est: ⁊ q̃m illi⁹ est causa: ⁊ nõ ɔtingit al̃r se habere. quare mala.

¶ 2ᵒ arguit̃ ꝙ scire non est cognoscẽ cãm sed ex causa vel ꝑ cãm. ꝓbat̃: q2 scire est intelligere per demonstrationem: sed demonstratio est ex causis notioribus ⁊ prioribus g̃ scire est cognoscere ex causis: vel per causas quare ⁊c̃.

¶ 3ᵒ arguit̃ ꝙ frustra dicit̃ q̃m illius est causa: q2 omnes conueniunt ꝙ h̃ dicitur: vt referatur causa in effectum: sȝ q̃n dr̃. ꝑꝑ quã refertur: refert̃ cã in effcm̃: q2 si tu cognoscis cãm ⁊ ꝙ per illã res est. patet ꝙ refert̃ causa in effectuȝ: igitur frustra additur quoniam illius est causa.

¶ 4ᵒ arguitur contra illam particulaȝ: ⁊ non cõtingit al̃r se habere: q2 cõmunit̃ dicit̃ ꝙ per illã particulã intelligit cãm ẽẽntialẽ siue neccĩam sine q̃ non põt esse: ⁊ ꝑ cognoscẽ cãm: ꝑꝑ quã est. intelligit cãm per se: q̃ põt ẽẽ necessaria ⁊ non necessaria. ɔ̃ q2 sic non sufficit cognoscere cãm per se. nisi sciat̃ ipsum illius est cã. sic non sufficit cognoscẽ cãm neccĩam nisi sciat̃: quoniã illi⁹ est causa. q̃re h̃ particula debebat p̃cedẽ illã quoniã illius est causa.

¶ Rᵒ. Ad p̃mũ dicunt q̃dã ꝙ diffinitio scire est arbitrari cognoscere cãm propter quã res est: ⁊ q̃m illius est cã: ⁊ nõ ɔtingit al̃r se hẽre. Et ad argu͞m dicunt ꝙ tota diffõ nõ cõpetit nescientibus: q2 in scd̃a p̃ticula opȝ itelligẽ. ⁊ cognoscẽ ꝙ illi⁹ ẽ cã: ⁊ h̃ nõ competit nesciẽtibus ⁊c̃.

¶ Hoc nõ satisfacit nobis: q2 si diffõ demõstratiõis est: arbitrari cognoscere cãm propter quã res est: opȝ p̃intelligere arbitrari cognoscẽ q̃m illius est cã: ⁊ sic intelligẽdo competit nescientibus: quare illa non est diffõ scire.

¶ Ideo al̃r dicim⁹ ⁊ pono ꝙ diffõ ipsius scire simplicit̃: est cognoscere cãm propter quã res: ⁊ q̃m illius est cã ⁊ nõ ɔtingit al̃r se hẽre: ⁊ tũc oȝ h̃ repetẽ in scd̃a p̃ticula: ⁊ cognoscẽ q̃m illi⁹ est cã ꝙ non conuenit nescientibus. Et si dicit̃ ꝙ phs videt̃ diffinire scire simpl̃r per arbitrari cognoscere negat̃: sed quare phs dixerit opinamur scire simplicit̃. cũ arbitramur cognoscere: cã est q2 ad ip̃m non pertinet ibi diffinire scire: ideo adducit cõem opionẽ. Et est ac si diceret. cõis omniũ opio est. Q2 scire simp̃ est cognoscere causam propter quam res est. ⁊c̃.

¶ 2ᵒ possumus dicere: ꝙ sicut cognoscẽ cãm ꝑꝑ quã res ẽ ⁊ est diffõ ipsius scire simpl̃r. sic arbitrari cognoscẽ cãm ꝑꝑ quã res est ⁊ ẽ diffõ ipsius opiari scire simpliciter: q2 sicut ꝑ p̃mã rñr ad iterrogationẽ fcãm ꝑ q̃d est scire simpl̃r: sic ꝑ scd̃aȝ rñr ad interrogatiõeȝ fcãȝ q̃d ẽ opiari scire simp̃: ⁊ tũc tota illa diffõ 2ᵃ competeret illis nesciẽtibus.

¶ Ad 2ᵐ dicunt q̃dã de mẽte ɔ͞ris ꝙ diffõ sic oȝ glosari. scire est cognoscẽ cãm ꝑꝑ quã res est ⁊ cognoscẽ rẽ per causam coartantẽ ẽẽntiã illi⁹: ⁊ cognoscẽ ꝙ est cã illi⁹ ⁊ non ɔtingit al̃r se hẽre. i. non est poẽ vt inueniat̃ absq2 illa.

¶ Hec Rᵒ nõ satisfacit nobis: q̃m sic glosando frustra ponit̃ postea: q̃m illius est cã: q2 cognoscendo rẽ ꝑ cãm: refert̃ cã in effcm̃: q̃re frustra addit̃: ⁊ q̃m illius est causa.

¶ Ideo nos al̃r dicimus: ɔcedendo ꝙ scire est cognoscere per causam ⁊ non solum est cognoscere causam ⁊ h̃ innuit̃ cũ dicit̃: ⁊ cognoscere quoniam illius est causa.

¶ Ad 3ᵐ negat̃. ꝙ per illam p̃ticulaȝ propter quã res est: referat̃ cã in effectũ sed est vna sola particula cognoscere cãm ꝑꝑ quã res ẽ ⁊ est ac si dicat: cognoscẽ cãm rei: et ideo opȝ addẽ: ⁊ cognoscere quoniam illius est causa.

¶ Contra arguit̃: q2 si in ꝓpõne in qua: ponit̃ relatm̃ licet resoluere illud in et: ⁊ ille illa illud illa ꝓpõ. Scire est cognoscere cãm ꝑꝑ quã res est resoluit̃ in istam. Scire est cognoscẽ cãm: ⁊ ꝑꝑ illam cãm res est: sed ista. ⁊ ꝑꝑ illam causam res est. ita refert causaȝ in effectũ sicut illa: ⁊ q̃m illa ẽ cã illi⁹: immo magis q̃re sup̃fluit addẽ: ⁊ q̃m illi⁹ ẽ cã.

¶ Rñr ꝙ non licet semꝑ resoluẽ relatiuũ in et ⁊ ille illa illud: ⁊ maxime q̃n rl̃m magis refert qualitatẽ añris q̃ȝ subm eius: vt hic: q2 ly ꝑꝑ quã demr̃at q̃litatẽ cãe: vñ ꝙ ẽ cã ꝑ se: q̃re ⁊c̃. ⁊ ẽt q̃n est ex eadẽ parte antecedẽtis: vt h̃.

¶ Ad 4ᵐ cõmuniter dicit̃ ꝙ ꝑ cãm ꝑꝑ quaȝ res est tangit̃ causa ꝑ se: ⁊ per non ɔtingit al̃r se habere tangit̃ cã ẽẽntialis que est neccĩa: q2 non sufficit vt sit causa ꝑ se: nisi sit essentialis. i. neccĩa. Et tunc ad argu͞m dicit̃ ꝙ non sufficit cognoscere causam ꝑ se: nisi cognoscatur ꝙ sit causa illi⁹ ⁊ nisi cognoscat̃ ꝙ sit necessaria: q̃re implicit̃ refertur h̃ necessaria in effectum: si causa per se referatur.

¶ Posset etiã dici: ꝙ ad scire req̃rit̃ cognoscẽ veram cãm rei que est per se causa ⁊ essentialis: ⁊ nõ sufficit h̃ sed oȝ cognoscere ꝙ sit per se causa illi⁹: ⁊ ẽt oȝ cognoscẽ ꝙ nõ possit ẽẽ sine illa: ⁊ sic cog̃scet̃ ꝙ est ẽẽntialis: siue neccĩa.

¶ Contra totam diffinitiõeȝ arguit̃. sciẽtia est cognitio cõclusionis ex causis veris primis ⁊c̃. igit̃ scire est cognoscere conclusionẽ ex causis veris p̃mis: ⁊ sed aliud est cognoscere conclusionẽ ex causis veris primis: ⁊ aliud cognoscere cãs veras primas: sed cum scire sit cognoscere ɔnẽ ex causis: igitur scire non est cognoscere causas. ⁊c̃.

¶ Rᵒ dicitur ꝙ diffinitio phi est causalis: ⁊ ẽ ac si diceret. Scire est propter cognoscere causaȝ propter quã res est ⁊ non contingit al̃r se habere: posset tamẽ reduci ad idẽticam. dicendo. scire est cognoscere rem per causam propter quam res est: ⁊ non contingit al̃r se habere: argu͞m autẽ factum concludit ꝙ non est identica. ⁊c̃.

¶ Du⁹ tertio ẽẽ diffinitioneȝ scire cõmuniter dicti: vtrum sit conueniens. cuȝ dicitur. Est firmiter credere absq2 hesitatione: cum h̃ ꝙ ita sit ex parte rei.

¶ Contra arḡr: quia scire cõiter ẽ firmit̃ apprehẽdere rẽ esse vt est: igitur non est firmiter credere rem esse pȝ ɔña q2 aliud est firmiter credere: ⁊ aliud est firmiter apprehendere: quoniam firmiter credere est assentire rei apprehense antecedens probatur: quia scientia est apprehensio siue cognitio rei ergo scire est apprehendere reȝ. tenet consequentia per locum a coniugatis.

¶ 2ᵒ arḡr sic diffõ competit alteri a diffinito: igit̃ nõ est cõueniens. pȝ ɔñtia: añs probat̃: q2 ponit̃ ꝙ firmit̃ credas sortẽ currẽ ꝑ h̃ ꝙ vides ꝑsonẽ currere añ te: ⁊ queȝ credas ẽẽ sortẽ: sit tamẽ ita ꝙ sort. currat rome: de q̃ nihil scias. Tunc tu firmiter credis sortẽ currere: ⁊ ita est ꝙ sor. currit. Et tamẽ tu nescis sor. currẽ: q2 si tu scires sor. currere: vel h̃: vel alibi. non hic: q2 non est ita ꝙ sort. currat h̃ nec alibi: quia non credis illum currere alibi: q̃re ⁊c̃.

Rᵒ. Ad

¶ Rñ°. Ad pᵐ dicit͛ coiter negādo ɔᵃᵐ q: scire coiter p̄t re/ cte dici vtrūq3: ⁊ firmit͛ app̄hēdē rē: ⁊ firmit͛ credē: qm̄ i/ tell'e est app̄hēdē rē: ⁊ assentire rei app̄hēse ꝙ est credē. Consentire v° est volūtaria. Sed q̄re magis scire dicat͛ firmit͛ credē q̄ȝ firmit͛ app̄hēdē. Quidā dicūt ꝙ h̄ est: q: app̄hēdē indifferēter est ad rem simplicē ⁊ cōplexā: sed credē magis est ad rē cōplexā circa quā est scire.

¶ Non satisfacit nobis: q: si firmit͛ credē est firmit͛ assen/ tire rei app̄hēse: vt dicūt igitur firmiter credē indifferen/ ter est ad rem simplicē ⁊ ad rem complexā app̄hensam.

¶ Nos igit͛ alit͛ dicim⁹: ꝙ cum credē sit fidē3 adhibē: vel in dictis: vel in factis: ideo efficacius est credē: q̄ȝ app̄hē dē: quoniā app̄hēdē dicit merā cognitionē: sed credē di/ cit cognitionē talem vt ei p̄stetur fides: ⁊ propterea scire magis dicit͛ firmiter credē. q̄ȝ firmit͛ apprehēdere.

¶ Ad 2ᵐ dicūt moderni. ꝙ in casu illo. tu scis sortē curre re: ⁊ ad arᵐ dicunt ꝙ tu scis sor. currere hic vel alibi. col/ lectiue sumēdo ⁊ non diuisiue: ⁊ h̄ sufficit.

¶ Contra hos ar͛: q: si in casu illo tu scis sor. currē: igitur talit͛ scis sortē currē. qualiter credis ipsum currē: p3 ɔᵃ: q: sicut simplr̄ ad simplr̄i sic additum se habet ad addi/ tum: ɔñs falsum: q: si talr̄ scis sor. currē: qualiter credis ipsum currere: sed tu credis ipsū currere hic: igitur tu/ scis ipsum currē hic. ɔñs est fl3: ĝ illud ex q̄ seq͛. q̄re ⁊c̄.

¶ Item ista ꝑpositio tu scis sortem currē s̄m hentisbᵐ est probanda resolubilr̄ sic tu scis hūc currē: ⁊ tu scis hunc esse sortē: igit͛ tu scis sortem currē: sed a propositione re/ soluēda de termino singulari ad resoluētes valet ɔᵃ: q: bn̄ sequitur: sor. cur'. ergo h̄ cur': ⁊ h̄ est sortes demōstrato sorte: q̄re valet iᵃ ɔᵃ: tu scis sort. currē igitur tu scis hunc currere: ⁊ tu scis hunc eē sortē: sed ɔñs est fl̄m ĝ ⁊ añs.

¶ Nos igitur alr̄ dicamus: ꝙ in casu illo: tu non scis sor. currē: negatur ꝙ diffō competat illi: quia illa scd̄a par/ ti'ᵃ: cum h̄ ꝙ ita sit. intelligit͛ ꝙ ita sit totaliter sicut cre/ dis: ꝙ nō est: q: ad credere sor. currē: reqrit͛ credē h̄ cur/ rē: ⁊ credē h̄ eē sortē. Et p3 ꝙ nō ē ita totalr̄ sicut credis.

¶ Du' 4°. An scire: ⁊ dubitare sint ɔtraria? Et ɔseq̄nter si ꝙ scitur ab aliquo possit eidem esse dubium?

¶ Contra arguitur ꝙ eadem propositio est scita ⁊ dubia: igitur scire ⁊ dubitare nō sunt ɔ̄ria: p3 ɔñs: añs ꝑbatur: q: illa ꝑpō rex sedet. ē tibi dubia: vt p3: q: significat sicut tu dubitas esse. Et eadē est scita a te probat͛: q: demon/ stro hanc ꝑpositionē dīo h̄ est tibi dubia. ista est scita a te: igitur eadem est scita a te: ⁊ tibi dubia.

¶ Similiter ar͛ de ista. deus est que est scita a te: ⁊ tibi du bia: ꝑbat͛ ꝙ sit scita a te p3: q: significat sic̄ tu scis esse: ⁊ ꝙ sit tibi dubia: probatur q: demōstro hanc propositio nē dicendo. h̄ erit hinc ad annū. patet ꝙ est tibi dubia: q̄ re eadem est scita a te. ⁊ tibi dubia.

¶ Itē ponat͛: ꝙ tu firmiter credas sortē currere ante te: ⁊ ita sit ꝙ currat ante te: sed sor. ⁊ plā sint valde simile sīq̄/ te alius tibi dicat. tu es in errore: q: plō fuit q currebat ante te: ⁊ non sor. Tūc tu dubitas sor. currē ante te: ⁊ tñ tu scis h̄: igitur eadē propositio est scita a te ⁊ tibi dubia.

[Marginalia, right: Noᵐ 3ᵒ — qd sit intētio pᵃ τ 2ᵃ fm heruei. qd fm bur. — quid sit nom̄ pᵃ itētiōis τ 2ᵉ fm termini stas qd fm rea. — Noᵐ pᵒ — Noᵐ 2ᵒ]

q2 significat rem que dato q essetresset nomen : vt patet:
igitur terminus. ¶ Silr in scđa diffinitione. dʒ poni: da/
to q esset sic. vt dicamus terminus scđe intētionis est ter
minus mētalis significās solū modo terminum: dato q
esset: ꝛ nisi apponeref illa particula esset diffinitio mala:
q2 nomen secūde significat rem que non est terminus. et
non terminum. ꝛ ita non significat solū modo terminuʒ:
sed non significat non terminū dato q esset: sed solū mo/
do terminum dato q esset. Et contra istas diffinitiones
sic intellectas. de intētione magistri non procedit vnum
argumētum q qdam faciunt. ¶ Hic sunt due petitiones.
Prima an sit aliquis terminus mētalis. qui nec sit ꝑme.
nec scđe intentionis. ¶ Respōsio q sic. q2 termini nō per
se significatiui. exceptis relatiuis. nec sunt ꝑme. neqʒ se/
cunde. vt patet de ly omnis. qđ nec significat terminum
nec rem. ¶ Secunda petitio in quo differt ista diuisio a
secunda. ¶ Responsio q ista ↄtinetur sub ꝑmo membro
secunde. vt patet. q2 terminoꝝ naturaliter significatiuo/
rum qdam est ꝑme intentionis: ꝛ quidam secunde.

Petitio p^a. Rñsio. Petitio 2^a. Rñsio.

¶ Quinta diuisio est ista q terminorum qui/
dam est prime impositionis : quidam secun/
de. Terminus prime impositionis est termi/
nus vocalis vel scriptus significans non ter/
minum: vt ly homo: ꝛ ly animal: in voce vel
in scripto. Terminus autem secunde imposi
tionis est terminus vocalis vel scriptus signi
ficans solū modo terminum vel propositionē
vt illi termini vocales vel scripti nomen: ver/
bum: participium: ꝛ huiusmodi.

Notandum p^m.

Aduerte primo q ad terminum prime impositio/
nis requiruntur due conditiones. ¶ Pri
ma est q sit terminus vocalis vel scriptus: vt excludatur
quicūqʒ terminus mentalis. Secundo q significet nō ter
minum sicut dicebatur de termino prime intentionis: ꝛ ꝑ
hanc particulam differt a termino secunde impositionis
qui significat solum modo terminum. Et ex hoc signum
est: cum terminus prime impositionis ꝛ prime intētionis
non differunt principaliter: nisi q vnus est in mēte alius
ꝟo in voce vel in scripto q ille due ꝑticule terminus mē
talis significans: non terminum erant sufficientes in dif/
finitione termini prime intentionis. ꝛ residuum addeba/
tur solum ad declarandum istam particulam significās
non terminum. ¶ Ad terminum etiam secunde imposi/
tionis due conditiones requiruntur. prima q sit termi/
nus vocalis vel scriptus. secunda q significet solum mo/
do terminum. ꝛ ex hoc patet duplex differentia inter ter/
minos prime ꝛ secunde intentionis ꝛ impositionis. pri/
ma q2 termini primi: sunt mentales: secundi ꝟo sunt vo/
cales vel scripti: ꝛ ex consequēti sequitur secunda que est
q primi significant naturaliter: secundi ꝟo ad placitum.

Notandu 2^m.

¶ Aduerte secundo circa diffinitum q non est idem im/
positio prima: ꝛ nomen prime impositionis ꝛ terminus
prime impositionis. ¶ Similiter non est idem impositio
secunda. nomen secunde impositionis ꝛ terminus secun
de impositionis. Unde Herueus sic diffinit impositionē.

qd sit i/positio sʒ Her.

Impositio est termini voluntaria institutio ad aliquid si/
gnificandum q prius non significabat. prima impositio
est ad significandum rem: secunda ꝟo impositio est ad si/
gnificandum vocem. ¶ Nomen prime impositionis est
nomen vocale significans rem. vt res distinguitur con/
tra vocem. Et ideo dicit Boetius in primo periherme. q
nomina prime impositionis sunt nomina rerum distin/
guendo rem contra vocem. vt scilicet est communis ad
conceptus anime ꝛ ad rem extra animā que non est vox.

qd nomē p^i ipõis

Notanter dicitur prime impositionis: quia prius impo/
nitur nomen ad significandum conceptū ꝛ rem extra ani
mam qʒ vocem: ꝛ tale nomen prime impositionis diuidi
tur in nomen prime intentionis ꝛ in nomen secunde in/
tentionis a Boetio primo periher. ꝛ declaratum est su/
pra quid est nomen prime intentionis ꝛ quid secunde.
ideo vide ibi. ¶ Nomen ꝟo secunde impositionis est no
men vocale significans solum vocem. Et ideo dicit Boe/
tius q nomina secunde impositionis sunt nomina nomi
num. idest sunt communia solis vocibus significantibus
ad placitum: vt iste voces: nomen: verbum: ꝛ participiū:
que solum sunt communia vocibus significantibus ad
placitum: vt istis vocibus: homo: animal: albedo: quan/
titas. Terminus autem prime impositionis dicitur ter/
minus quicunqʒ vocalis vel scriptus. qui significat rem
que non est terminus. Terminus ꝟo secunde impositio/
nis dicitur quicunqʒ terminus vocalis vel scriptus qui
significat solum terminum. Ex his tribus potes collige/
re differentiam inter ista.

quid 2^a.

Circa ista diffinita. ꝛ diffinitiones repete
illa que dicta sunt in
quarta aliter iste diffinitiones non essent bone. ꝛ ideo po
ne ibi in vtrisqʒ ly dato q esset: quia ista diuisio in nullo
differt a quarta: nisi quia membra illius significant ter/
minos naturaliter significatiuos ꝛ membra istius termi
nos ad placitum significatiuos: ꝛ sicut quarta diuisio cō
tinebatur sub primo membro secunde. scilicet sub hoc
membro naturaliter significatiuus. ita ista quinta con/
tinetur sub secundo membro. scilicet sub hoc mēbro ad
placitum significatiuus. Et si dicatur. est ne aliquis ter/
minus vocalis: aut scriptus qui nec sit prime impositio/
nis. aut secunde. Respondetur q sic. quia termini non si/
gnificatiui: vt dictum est in quarta.

Ritius. Nōndū. Dubitatio rñ.


¶ Sexta diuisio est ista. Terminorum quidaʒ
sunt incomplexi: ꝛ quidam complexi. Termi
nus incomplexus vocatur dictio: vt ly lapis:
ly lignum : sed terminus complexus est ora/
tio: vt homo albus: sortes ꝛ plato : deum esse
ꝛ huiusmodi ꝛc.

Notandum p^m. Ca.12.

Aduerte circa diffinituʒ q terminus potest dici cō
plexus tripliciter. ¶ Primo quo ad ter/
minos tm̄: vt Joannes antonius. ¶ Secundo quo ad si
gnificatum tm̄ : vt si hic terminus homo imponatur ad
significandum hominem esse animal. ¶ Tertio quo ad
terminos ꝛ quo ad significationem : et sic describitur.
Terminus complexus est qui significat aliquid cuius
partes significant aliquid separate: vt homo albus. deū
esse. ꝛ huiusmodi: ꝛ sic accipitur in proposito. Ita termi/
nus incomplexus dicitur tripliciter: quia quot modis di
citur vnum oppositorum tot modis dicitur ꝛ reliquum:
primo topi. In proposito potest accipi terminus incom/
plexus quocunqʒ modo: siue sit incomplexus quo ad si/
gnificatum ꝛ quo ad terminos simul: vt ly homo: siue sit
incomplexus quo ad significatum. vt ly Joannes anto/
nius siue incomplexus quo ad terminos tm̄: vt ly homo:
si ponatur ad significādum hominem esse animal. ¶ Ad
uerte secundo circa diffinitionem termini incōplexi cum
dicitur terminus incomplexus vocatur dictio : quia ista
non est diffinitio nec ꝓprie nec cōmuniter: q2 diffinitio nō
est ex vno termino ſm pħm 2° post. ꝛ 7° metaphy. sed ad
minus ex duobus: vt ex genere ꝛ differētia. sed illa est de
claratio exemplaris. Quid sit dictio : patet ex gramma/
tica est. n. pars minima orationis composite. Similiter

No^m 2^m. In.t.cō. 33.

dicat de termino cõplexo: q2 illa est declaratio exẽplaris ⁊ nõ diffinitio cũ dr. Terminus cõplexus est orõ. Quid aũt sit orõ infra habet. (p^m du^m.) ¶ Hic sunt duo dubia. ¶ Primũ cum ois bona diuisio debeat esse bimẽbris vel reducibilis ad bimẽbrẽ per Boetiũ in libro diuisionũ. dubitatur quõ dcẽs diuisiones termini reducant ad bimẽbrẽ ex quo sunt sex diuisiones p̃ q̃s terminus videt eque p̃mo diuidi ⁊c̃. (2^m du^m.) ¶ Scõm dubium est ꝓpter qd magister non fecit mẽtionẽ de aliis diuisionib⁹ terminoꝝ. s. cõi: discreto: finito: infinito: positiuo: ⁊ p̃uatiuo: mediato: ⁊ imediato: magis cõi: minus cõi: ꝯnotatiuo: ⁊ non ꝯnotatiuo: cũ de his ẽt hẽat logicus ꝯsiderare ꝯslr. (Ad p^m dubiuz) ¶ Ad p^m dubiũ inuenio duos modos r̃ndendi. Primus est quoꝝdã dicẽtium: ꝙ terminus imediate hz tres diuisiones: in p se significatiuum: ⁊ nõ p se significatiuũ ⁊ cathegorematicuz ⁊ syncathegorematicũ: cõplexum ⁊ incõplexũ. Deinde p se significatiuus diuidit in nãlr significatiuũ ⁊ ad placitũ significatiuum. Nãlr significatiuus diuidit in terminũ p̃me intẽtionis ⁊ scd̃e. Ad placituz significatiuus diuidit in terminum p̃me impõnis ⁊ scd̃e impositionis. ⁊ sic pz r̃nsio ad dubiũ s̃m istos. (p̃ r̃n.) Hic modus peccat in h ꝙ ponit terminum diuidi p̃ in cathegorematicũ ⁊ syncathegorematicũ qd̃ est falsum: qd̃ ꝓbat: q2 q̃cunqz dant plures diuisiones de aliquo: quaꝝ aliqua euacuat totũ diuisum: ⁊ aliq̃ non: illa que nõ euacuat diuisum nõ põt esse p̃ma. sz diuisio termini in cathegorematicũ ⁊ syncathe. non euacuat totũ diuisum: q2 aliq̃s est terminus qui nõ est syncathego. nec cathegorematicus. vt qui. a. b. c. buf baf. Diuisio aũt termini in cõplexũ ⁊ in incõplexũ euacuat totũ diuisum. ⁊ ẽt diuisio in p se significatiuum ⁊ nõ p se significatiuum euacuat totum diuisum. g̃ illa nõ est p̃ma. (2° R̃n^o) ¶ Scd̃s modus est Pauli pgul. dicẽtis ꝙ terminus p̃mo diuidit in terminũ cõplexũ ⁊ incõplexũ. Deĩde terminus incomplexus in p se significatiuũ ⁊ nõ p se significatiuũ: de hinc p se significatiuus in cathegorematicũ ⁊ idistinctuz: ⁊ nõ p se sigñtiuus diuidit in syncathegore. ⁊ depẽdẽtez terminus cathe. in terminũ nãlr significatiuum ⁊ ad placituz significatiuũ. Tertius nãliter significatiuus in terminum p̃me intẽtionis ⁊ scd̃e. Terminus ṽo ad placitum significatiuus in terminũ p̃^e impositionis ⁊ 2^e. ⁊ per hoc pz r̃nsio ad dubiũ. (3 r̃n. in/stat p̃.) ¶ Hic modus multis modis peccat. Primo q2 ponit ꝙ termin⁹ diuidit p̃us in cõplexũ ⁊ in incõplexũ. deinde in p se sigñtiuum ⁊ nõ p se sigñtiuũ. cõtra p se sigñtiuus ⁊ nõ p se significatiuus ita euacuat terminũ diuisuz in cõi sicut cõplexũ ⁊ incõplexũ. g̃ ita p̃mo diuidũt terminũ. (Scd̃o) ¶ Scd̃o peccat cuz diuidit terminũ p se significatiuum in cathegorematicũ ⁊ indistinctũ: q2 dẽ diuisum p̃dicat de suis diuidẽtibus. sz indistinctus non est p se significatiuus. vt albus alba albũ: q2 p se sumpt⁹ non sigt. g̃ ⁊c̃. (Tertio) 3° peccat cuz diuidit nõ p se sigñtiuum in syncathe. ⁊ depẽdẽtem: q2 nõ sufficiẽter diuidit terminũ nõ p se significatiuũ: cũ aliq̃s sit termin⁹ nõ p se sigñs qui nõ est syncathe. nec depẽdens. vt buf. baf. (R̃n° 3°.) ¶ Ideo addo tertiuz modum quẽ solũ de mẽte magr̃i hic reputo: ⁊ dõm ꝙ terminus põt diuidi dup^r eque. p̃ ⁊ sufficiẽter in terminuz per se sigñtiuum ⁊ nõ p se significatiuũ: ⁊ in terminũ cõplexuz ⁊ incõplexũ. Cuius rõ est: q2 quelibet haꝝ diuisionũ sufficiẽter euacuat diuisum. veꝝ est ꝙ vna dat p respectũ ad signa. alia p respectũ ad sigñta. Deinde terminus non p se significatiuus diuidit in terminũ ꝯsignificatiuũ ⁊ nõ cõsignificatiuũ. terminus ꝯsigñtiuus diuidit in terminũ indistinctũ ⁊ depẽdentẽ siue relatiuũ. Terminus nõ ꝯsignificatiuus diuidit in terminũ alicuius officij. ⁊ terminũ nullius officij: terminus ṽo p se significatiuus diuidit in terminum nãlr significatiuũ ⁊ ad placitũ. Nãlr significatiuus diuidit in terminuz p̃me intẽtionis ⁊ scd̃e. terminus ad placitũ significatiuus diuidit in terminũ p̃me impositionis ⁊ scd̃e. ¶ Et q̃ zuis terminus in cõi duplr diuidat imediate nõ seqtur aliqd̃ incõueniens. q2 mẽbra illaꝝ diuisionum nõ sunt opposita realiter: sed s̃m rõnẽ. Quod eniz est sub vno mẽbro diuisionis est sub mẽbro alterius diuisionis: vt ly hõ est terminus icõplexus. ⁊ est p se significatiuus: ⁊ ly hõ alb⁹ est terminus cõplexus: ⁊ est p se significatiuus: ⁊ sic de alijs. sicut q̃ntitas diuidit a pho dupliciter in p̃ntis: vno mõ in ꝯtinuam ⁊ discretaz. alio mõ in quantitatẽ hñtem positionẽ ⁊ non hñtem positionẽ: ⁊ tñ qd̃ est sub vno mẽbro diuisionis ꝯtinet sub mẽbro alteri⁹ diuisionis. ⁊ vt clare intelligas arborem designaui.



(Nõndũ) ¶ Aduerte tñ ꝙ nullã mẽtionẽ feci de aliquo qd̃ ꝯuertitur cũ p se significatiuo. Sequẽdo tñ opinionez magr̃i in logica magna huic totali diuisioni addẽda eẽt solũ diuisio termini p se significatiui in cathegorematicuz ⁊ nõ cathegorematicũ p se sigñtiuum. sicut est terminus p̃gnas ⁊ copula. (Ad 2^m dubiuz.) ¶ Ad 2^m dubium dicũt senenses ꝙ magister debuisset eos terminos describere in hoc loco. Uerũ infra ad ꝓpositum suum eos notificat. Sed tunc est dubium vir omnes declaret. Ideo alij aliter dicũt: ꝙ magister posuit diuisiones famosiores: ⁊ min⁹ famosas tacuit. (R̃n. 2°.) Sed si aliq̃s quereret nunqd diuisio termini in terminũ singularez ⁊ vniuersalẽ sit famosa vel nõ. (R̃n. 3°.) Et ideo ego aliter dico q̃ magister non posuit omnes illas ne intricaret animum iuuenum cum tot diuisionibus. (Dubiuz) ¶ Sed tunc que

Rñsio. reres quare potius tacuit illas ꝙ̃ istas. Dicit ꝙ ille magis faciunt ad propositum suum. Pro maiori tamen doctrina hic istas sex diuisiones terminorum volo declarare: cum etiam necesse sint ipsi logico.

Quid sit t'mi/nº vl'is. Quid singularis. ℨ diffõ/nes ar. primo. Ar 2º No^m Diis inter reales et terministas õ termio vl'i et singulari.

Prima diuisio termini in vl'em et singularem.

Terminus vniuersalis est qui est aptus natus predicari de pluribus: vt ly homo: ly animal. Terminus singularis est qui est aptus natus predicari de vno solo et non de pluribus: vt sor. et plato. et sic diffinit eos philosophus p̄ periermenias. ℭ Contra has diffinitiones arguit. qꝛ sol est terminus vniuersalis: et tamē non predicatur de pluribus sed de vno solo igitur diffinitiones male. ℭ Item sor. est terminus singularis: et tamen predicatur de pluribus: qꝛ plures appellātur hoc nomine sor. ergo diffinitiões male. ℭ Pro responsione ad hec argumenta aduerte ꝙ causa: quare terminus vniuersalis sit predicabilis de pluribus et singularis non: aliter designatur a realibus aliter a terministis. ℭ Reales dicunt ꝙ terminus vniuersalis est predicabilis de pluribus: quia significat vnam naturam cōmunicabilem ab illis pluribus quo ad terminos vniuocos: vel plures naturas cōmunes quo ad terminos equiuocos. Singulares vero quia non significant vnam naturam cōmunicabilem pluribus neqꝫ plures naturas communes ideo non predicatur de pluribus. sed de vno solo. Terministe vero dicunt ꝙ terminus communis natus est predicari de pluribus: non quia significet aliquā naturam cōmunem pluribus: sed quia impositum fuit ad significandum plura s'm vnam et eandem impositionem. Singularis vero est aptus natus predicari de vno solo: quia est impositus ad significandum vnum solum s'm vnam impositionem.

Ad p^m s'm reales df. — ℭ Ad primum ergo respondetur ꝙ quāuis ly sol non predicetur de pluribus. tamen est aptus natus predicari de pluribus s'm primam opinionem: quia significat naturā cui non repugnat esse in pluribus ꝙ̃tum est de se licet per accidens possit impediri vt hic ratione materie: qꝛ hec forma solis informat totam materiam capacem forme solis.

Rñ° terministarum. — Secūdum aliam opinionem dicitur ꝙ sol est aptus natus predicari de pluribus quia est impositus ad significandū plura s'm eandem impositionem.

Ad 2^m s'm reales df. — ℭ Ad secundum s'm reales pꝫ ꝙ ly sor. non predicatur de pluribus: qꝛ non significat vnam naturā cōmunē pluribus: sed solum s'm nomen.

Rñ° terministarum. — Et s'm terministas non predicatur de pluribus: qꝛ nō est impositum ad significandum plura s'm eandem impositionē.

Obiectio. — ℭ Et si dicitur cōtra. chymera est terminus cōmunis: et tamen non est aptus natus predicari de pluribus: qꝛ nihil ē quod sit chymera.

Rñsio. — ℭ Dicitur ꝙ apud intellectum tales predicationes vere sunt: illa chymera est chymera: illa chymera est chymera: licet s'm naturam sint impossibiles.

Du° de ly isti. — ℭ Dubium est: an ly isti in numero plurali sit terminus cōmunis vel singularis. videt' primo ꝙ sit termin⁹ cōis: qꝛ omnis terminus supponibilis pro pluribus de quibus predicatur est cōmunis: ly isti est hm̃oi. vt pꝫ. ergo et c̄. ℭ Oppositum arguitur. ꝙ si ly isti esset terminus cōis: tunc illa esset vniuersalis: oēs isti currunt. sed hec non est vl'is: ergo et c̄. ꝯña nota cū maiori: minor probat': qꝛ ista non est vl'is. oēs Cicerones currunt: ergo a simili nec oēs isti currunt. tꝫ ꝯña. qꝛ sicut ly Cicero est nomē proprium et terminus discretus: ita ly isti in singulari: pbat' qꝛ illa oēs Cicerones currūt. nō est ppō. ergo nō est vl'is tꝫ ꝯña: et añs pbat': qꝛ illa est ppō equoca. ergo non est ppō vna. et sic si nō est vna ppō. ergo nō est ppō.

opio p° / opio 2ª — ℭ Circa hoc dubium due sunt opiniones. Una vult ꝙ sit terminus cōis. et hanc tenet magister in logica parua. Alia vult ꝙ non sit terminus communis: et hanc tenet in logica magna.

Scd̃z p'mā opinionem rñdetur c. 4. — ℭ Sustinēdo p'mam opinionem neganda est vltima cōsequentia: nō est vna propositio: ergo nō est propositio: quia phylosophus p'mo periher. diuidit enūciationem in vnam et plures: et certum est ꝙ diuisum predicatur de quolibet diuidentium: ergo illa est vera: enunciatio plures est enūciatio: ita in proposito dicatur. ℭ Ulterius potest negari similitudo īter illas: omnes cicerones currunt: et omnes isti currunt: et ratio est: quia ly cicerones predicatur de pluribus s'm diuersas rationes: sed ly isti s'm eandem rationeꝫ.

Scd̃z secundaꝫ opionē rñdetur. — ℭ Sustinendo vero scd̃am opinionem ad argm̄ dd̃m: vt ipse dicit negando maiorē: sed debet sic sumi. si debet esse vera. Omnis terminus supponibilis diuisiue pro plurib⁹ est cōmunis: modo si ly isti supponit pro pluribus hoc est per modum vnius et collectiue. Uel dicit ipse lꝫ significet plura non tamen supponit pro illis: quia non s'm rationem eandem predicatur de pluribus. Prima opinio mihi magis placet.

ℭ Secunda diuisio termini in terminum magis cōmunem et minus communem.

Quid terminus magis cōis. Quid termin⁹ minus cōis. cōtra diffinitiões instatur.

Terminus magis cōmunis est q̄ vniuersaliter pōt p̄dicari de alio et nō econtra: respectu cuius est magis cōis: vel saltē sibi non repugnat: vt ly aial respectu hois est termin⁹ magis cōis. Et notāter dicit': et sibi non repugnat: qꝛ iste sol est inferius ad ly sol: et minus cōis: et tamē vl'r p̄dicatur dicendo: ois sol est iste sol: etiā apparet ꝙ ly sol nō sit cōior: sufficit tamen ꝙ nō repugnet isti termio sol p̄dicari vl'r de ly ille sol: et nō econtra. ℭ Terminus minus cōis est qui nō vl'r p̄dicari pōt de alio respectu cui⁹ est minus cōe vel saltē nō repugnat: vt ly hō respectu aialis. ℭ Contra hoc arguit' et probat' ꝙ nullus terminus est cōior alio: qꝛ cōitas termini attēdit' penes multitudinē significatorum: sed eque multa: sigñat vnus terminus cōis sicut et alius: vt pbabo ergo et c̄. ꝯña nota cū maiori: minor pbat'. Nā q̄libet terminus cōis sigñat infinita: ergo vn⁹ nō pl'a sigñat ꝙ̃ alter: ꝯña nota: qꝛ vnum infinitū nō est mai⁹ alio: añs pbat': qꝛ iste termin⁹ hō sigñat oēs hoies p̄ñtes p̄teritos et futuros poss'es et imaginabiles q̄ sunt infiniti. Etiā de q̄cunqꝫ alio termino cōi dd̃m est: et hoc argm̄ fuit tante efficacie apud aliquos: ꝙ fuit opinio q̄ dixit ꝙ nullus termin⁹ cōis est alio cōior: qꝛ q̄libet sigñat infinita.

ℨ rñsionē ar. p°. — ℭ Sed h' opinio falsa est et tripliciter iprobat': qꝛ sequit' null⁹ termin⁹ cōis est alio cōior: ergo nullus termin⁹ cōis est superior alio: tenet cōsequētia: qꝛ q̄libet terminus supior est communior ꝯsequēs est manifeste falsuꝫ.

Ar 2°. — ℭ Scd̃o p'me sube sunt magis sube ꝙ̃ scd̃e: et sp̄es sunt magis sube ꝙ̃ gña. ergo aliqui sunt termini magis cōes: ergo oppositū cōsequētis nō stat cum añte.

Ar 3°. — ℭ Tertio sequeret' ꝙ nulla esset predicatio indirecta in terminis cōibus: qꝛ semp equale p̄dicat' de eq̄li: consequēs est manifeste falsum.

Ad ar^m dicitur. — ℭ Ad argm̄ illorū rñ° negando ꝙ penes multitudinē significatorꝫ attendat' cōitas termini: qꝛ homo albus plura sigñat ꝙ̃ homo: et tamē est minus cōmunis: qꝛ sigñat omnes q̄s sigñat homo et album vltra: sed cōitas termini attendit': vt dictum est in diffiniendo penes vniuersaliter p̄dicari de alio et non econuerso vel penes non repugnantiam.

ℭ Tertia diuisio termini in terminum infinitum et terminum finitum.

Quid sit t'mi/n⁹ ifi^{tus}. Quid finitus. ℨ diffõ/nes instatur

Terminus infinitus est terminus negatiuus: qꝛ naturam vnam interimit et infinitas derelinquit: vt ly non homo: et dicitur infinitus. i. indeterminatus s'm suā sigñationē. ℭ Terminus finitus est terminus nō negatiuus: qꝛ nullam nām interimit: et dr̄ finitus. i. determinatus in sigñando. ℭ Contra termin⁹ infinitus dr̄ tam de nō ente ꝙ̃ de ente: ergo nō infinitas nās derelinquit: tenet ꝯña qꝛ si relinqueret infinitas nās di/

ceret aliquid positiuū: ꝛ consequēter non posset affirmari de non ente. antecedēs autē est de mēte philosophi primo phiermenias. capitulo de verbo dicentis: sed infinitum sit verbum: quoniam similiter est in quolibet quod est vel non est vbi sanctus Thomas ꝛ Boetius ꝛ alij exponentes dicunt de mente phi ꝙ terminus infinitus dicitur tam de ente ꝙ̄ de non ente. ideo concederent istā. chimera est non homo. ꝛ tamē non sequitur. ergo chimera est: a tertio adiacente ad scd̄m adiacens: quia terminus infinitus est distractiuus: cum verificetur tam de non ente ꝙ̄ de ente. ¶ In oppositum arguitur. qa cōmuniter logicantes dicunt ꝙ a negatiua de predicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito sine constantia subiecti nō valet consequentia. sed cum constantia sic: per quod habetur ꝙ terminus infinitus solum dicitur de ente: quia si posset vere predicari de non ente sicut de ente valeret cōsequentia sine constantia subiecti. ¶ Item Boetius in primo perhiermenias dicit ꝙ terminus infinitus est qui negat vnam naturam ꝛ infinitas derelinquit: modo per h ꝙ infinitas derelinquit denotat ꝙ importat aliquid positiuum: ꝛ per cōsequēs non potest verificari de non ente. sic videtur Boetius sibi contradicere. ¶ Pro conculcatione horum aduerte ꝙ terminꝰ infinitus dicit duo: vnū principaliter. s. negationem vnius nature: aliud secundario: indeterminate tamen. s. aliquid quod non est natura illa negata. Quo ad primum indifferenter dicitur tam de nō ente ꝙ̄ de ente: quo autem ad scd̄m dicitur solū de ente. Qui ergo dicunt ꝙ dicitur tam de non ente ꝙ̄ de ente considerant solum ad principale significatum. Qui autem dicunt ꝙ dicitur solum de ente considerant totale significatum. quare vtriqꝫ bene dicunt.

c. 2.

No^m

¶ Quarta diuisio in positiuum ꝛ priuatiuum.

Rn^o. Quid sit terminꝰ priuatiuus. Quid positiuus. No^m.

Terminus priuatiuus est qui naturam vnam negat connotans aptitudinem ad illam ex parte subiecti: vt cecus dicitur qui non habet visum: ꝛ tamen est aptus natus habere visum. ¶ Terminus positiuus est qui ponit naturam vnam cui potest aduenire priuatio: vt visus: auditus. ¶ Aduerte tamen ꝙ aliquis est terminus qui non est positiuus nec priuatiuus. vt non homo.

¶ Quinta diuisio termini in terminum connotatiuum ꝛ terminum non connotatiuum.

Quid sit terminꝰ cōnotatiuus.

Terminus connotatiuus est qui adequate significando suum significatum: significat aliquod quod se habet per modum forme respectu illius significati: vt ille terminus album est connotatiuus: quia significando album significat albedinem que se habet per modum forme respectu albi: ꝛ sic de alijs: ꝛ breuiter omnis terminus in concreto est connotatiuus.

Quid sit terminus nō cōnotatiuus.

¶ Terminus non connotatiuus est qui significando suum significatum non significat aliquid quod se habet ꝑ modum forme respectu illius significati. vt humanitas ꝛ albedo: ꝛ breuiter quicunqꝫ terminus in abstracto.

¶ Et si aliquis terminus in significando suum significatum significat aliquid per modum forme substantialis: est terminus substantialis: vt homo: si vero significat aliquid per modum forme accidentalis est terminus accidentalis: vt album: si vero non significat per modū substantie nec per modum accidentis non est terminus substantialis nec terminus accidentalis: nec quilibet terminus substantialis est in predicamento substantie. vt deus: nec quilibet terminus accidentalis est in predicamēto accidentis: vt iustum sapiens: vel bonum abstracta: qꝛ sunt analogi vel equiuoci.

¶ Sexta diuisio termini in terminum mediatum ꝛ in terminum immediatum.

Quid sit terminus immediatus.

Terminus immediatus est terminus simplex nō resolubilis in aliquid: vt pronomina demonstratiua in singulari numero: vt ego: tu: ille: iste. hic: ꝛ aduerbia demonstrandi: vt nunc: tunc: hic: ꝛ illic ꝛ hoc verbum est presentis temporis ꝛ singularis numeri. Et causa est. quia hoc posset intrare probationē quorumlibet aliorum terminorum pro aliquibus supponentium ꝛ non econuerso sicut notius: ꝛ nō dico sicut superius vel inferius: quia ly hoc intrat probationem illius termini: ille homo: ꝛ tamen non est inferius nec superius ad illum: sed bene est notius sequitur enim hoc currit: ꝛ hoc est ille homo. ergo ille homo currit. Ideo illa talis propositio est immediata: hoc est quia non potest probari per aliquod notius per sensum: ꝛ tamen est differentia inter illos terminos immediatos: eo ꝙ pronomina ꝛ aduerbia sic sunt immediata ꝙ nullū terminū inferiorem se habent per quem possint probari: sed illud verbum est presentis temporis numeri singularis sic est imediatū ꝙ nullū hꝫ supra se terminū: sed sub eo oīa verba continens. cōueniunt tñ oēs in hac diffinitione: qꝛ sunt simplices termini non resolubiles in aliqd aliō ꝛc.

¶ Terminus mediatus est terminus resolubilis in aliqd aliud: vt ly homo.

Quid terminꝰ mediatus. Rn^o. No^m.

Circa istam diuisionem nota ꝙ ly terminus complexus est terminus secunde habens solum formale significatum: ꝛ diffinitur pro omni tali ꝛ ex consequente pro seipso. Sed ly terminus incomplexus: habet duo significata: ꝛ diffinitur pro formali solum: ꝛ nō pro se: aut sibi: simili. ¶ Circa diffinitiones nota ꝙ ipse non sunt diffinitiones: quia non dantur per genus ꝛ differentiam: nec per aliquid loco generis: aut loco differētie sed dantur per vnum simplex conuertibile cum diffinito: dicitur enim terminus incomplexus est dictio: ꝛ cōplexus est oratio: ꝛ ideo potius appellantur notificationes. ¶ Sed est vna petitio. s. an ly Petruspaulus in scripto sit terminus incomplexus vel complexus: ꝛ similiter ly nihil. ¶ Ad istud dicitur ꝙ difficile est soluere quesitum: sed in diffinitiōe propositionis tractabitur ista materia: pro nunc: tamen dicitur probabiliter ꝙ ly Petruspaulus est terminus simplex: qꝛ subordinatur vni conceptui simplici: ꝛ ly nihil est complexum: qꝛ duobus cōceptibus subordinatur. ¶ Sciendum est tamen circa diffinitiones precedentes istam ꝙ ipse date sunt de termino simplici: ꝛ non complexo.

Petitio. Rn^o. Nōt.

¶ Capitulum de nomine.

Quia de nomine ꝛ verbo ex quibus oratio componitur ꝛ propositio: logicus principaliter cōsiderat. Idō de his restat diffinitiones assignare. Nomen est terminus significatiuus sine tempore cuius nulla pars aliquid significat separata: vt homo. In ista diffinitione ponitur terminus loco generis: quia omne nomen est terminus ꝛ non econuerso: dicitur significatiuus: quia termini non significatiui nō sunt nomina apud logicū. licet bene apud grammaticum: vt omnis nullus ꝛ similia. ¶ Tertia dicitur sine tempore ad dr̄iam verbi ꝛ participij que significāt cū tp̄e. ¶ Quarto ponitur. cuius nulla ps aliqd sigñat ad differentiā orationis cuiꝰ ꝑtes significāt separate.

Aduerte

Notandum pᵐ ca. 2. diia iter phm et magrm i diffiniendo nomen

Aduerte q phs in primo periher. aliter determinat de nomine: et aliter magister h. Phs .n. strictius locutus est q magister. determinat .n. solum de nomine vocali: ad qd. vij. conditiones requirunt vt diffinitio completa manifestat. Est .n. nomen vox significatiua ad placitum sine tpe: cuius nulla pars separata significat finita et recta. ℂ Dicitur pmo vox ad diiam sonorum: qui nō sunt voces. vt strepitus pedum. frāgor arborū. ℂ Scdo dicitur significatiua. ad differentiam vocum non significatiuarum: vt hec vox buba. ℂ Tertio. ad placitum fm institutionem hois a bene placito pcedentem. ad diiam vocum naturalr significatiuarum: vt gemitus infirmorum. ℂ Quarto sine tempore. ad differentiam vbi et participij que significant cum tempore. ℂ Quinto. cuius nulla ps separata significat ad differentiam orōnis. cuius partes significant sepate. ℂ Sexto. finita ad diiam nois infiniti: qr non est nomen fm logicos. vt nō homo. cuius rōnem assignat sanctus Tho. ibi. qr nomen determinatam rem significat: aut nām sicut nomen: aut personam sicut pnomen: aut vtrūq sicut nomen proprium. Infinitum autem nomen non sigt determinatam rem: qr verificatur tam de ente q non ente. ℂ Septimo. dicitur recta ad diiam obliqui casus qui non dr nomen. Cuius ratio assignat a pho in primo phier. qr nomen iunctum cum verbo substantiuo facit orationem veram vel falsam. sed talis obliquus non facit orationem veram vel falsam. ideo nō est nomē. Sanctus doctor dicit q solus nominatiuus est nomen: qr per ipsum facta est impositio nominis ad significandum: obliqui vero vocantur casus: qr quasi cadunt per quādam declinationis originem a nominatiuo: qui non dicitur casus: eo q non cadit. Stoici tn dixere nominatiuos casus: quos grāmatici sequunt. eo q cadūt. i. pcedunt ab interiori sceptione mētis. et dr rectus: qr nihil phibz. vt aliqd cadens sic cadat. vt rectum sicut stilus qui cadēs in ligno sfigitur. Magr aūt largius determinat de noie. primo qr cōprehendit tam nomen in voce q ēt in scripto et in mente: et sic non potest poni in diffōne eius q sit vox nec ad placitum significatiua. qr aliqd ad placitū et ad naturaliter significat. qd .n. est in scripto vel in voce ad placitū significat. qd vo in mente naturaliter sigt. ℂ Scdo. qr magr cōprehendit tam nomen finitum q infinitum. tā obliquū q rectum. Unde ad nomen sic acceptum. iiij. cōditiones requirunt. ℂ Prima q sit terminus ad diiam signorum que nō sunt termini. ℂ Scda significatiuus ad diiam non significatiuorum: vt ois. nullus. que apud logicum nō sunt nomina. ℂ Tertia sine tpe. ad diiam vbi vel participij. ℂ Quarta cuius nulla pars sepata aliqd significat ad differentiam orōnis.

Notandum 2ᵐ Duᵐ pᵐ

ℂ Aduerte scdo circa duas vltimas particulas huius diffinitionis. que dubie sunt. quomodo sunt intelligende. et primo contra illam sine tempore. qr videt q nomen significet cum tpe: nam ista nois dies: mensis: annus: et consimilia significant tempus.

Tps pt triplr considerari

ℂ Pro huius intellectu nota q tempus potest cōsiderari tripliciter. Uno modo put est res quedam in se. et sic significatur per nomen. vt annus et dies et c. Alio modo pōt considerari vt est mensura motus: qr illud qd primo et pncipaliter mensuratur tpe est motus: in quo cōsistit actio et passio. ideo vbum quod sigt actionem et passionem significat illo modo tempus. et hoc est significare cum tpe: qr significare cum tempore nihil aliud est nisi significare rem vt mensuratur tempore. q phs vocat consignificare tempus. et a tali ssignificatione tpis excludit nomen per illam particulam sine tpe. Tertio potest sfiderari vt dicit habitudinem rei mēsurātis ad rem mēsuratā. et sigtur per aduerbium temporale. vt heri cras. Et per hoc patz responsio ad instantiam factam.

Duᵐ 2ᵐ

ℂ Scdm dubium est cōtra illam particulaz. cuius nulla pars separata sigat. qr nominis compositi pars separata a toto aliqd significat. vt horum noium respublica. hircoceruus. eqferus. partes separate a toto aliquid significant.

Rñsio.

ℂ Dōm q nominis nulla pars separata significat aliquid si ad significationem nois cōparetur fm q est in toto: vel per alia verba: pars separata nihil significat quod sit de intellectu totius: cuius ratio est: qr vnūqdq nomen siue simplex siue compositum imponitur ad significandū vnum sceptum simplicem. vnde aliquando aliud est illud a quo nomen imponitur ad significandum ab eo qd significat. vnde h nomen lapis imponitur a lesione pedis. sigt tamen quēdam cōceptum simplicem siue naturam simplicem. et ita est nomine composito. lz .n. imponatur a duobus conceptibus. non tamen significat duos conceptus: sz vnum. Oratio imponitur ad significandum a pluribus conceptibus: et significat plures cōceptus. et sic ly ferus fm q est pars nominis compositi nihil significat. fm autem q est pars orationis nominis significat partem conceptus compositi. Nominis tamen copositi pars videt significare simplicis vo non. Ratio primi est. qr nomen compositum imponitur ad significandum a duobus conceptibus. simplex ab vno. et per hoc patet responsio ad instātiam.

Ritius Notandum pᵐ Notandum 2ᵐ

Circa diffinitum nota pᵐ q ipsum est secunde sicut et alij termini logicales. et habet solum significatum formale. et pro omni tali diffinitur. et ex consequēte pro se: et quolz sibi simili. ℂ Scdo nota q intentio Pauli est q hic diffiniatur nomen pro eo qd poni potest poni pro subiecto: aut predicato propositionis: vt patet ab eo in textu cum dicit: quia de nomine et verbo ex quibus oratio componitur et propositio et c. et sic intentio sua est. q nullum adiectiuuz sit nomen in logica: et similiter nullus obliquus: ex quo nullū istorum potest esse subiectuz: aut predicatum. vt infra patebit.

Z diffōnem arḡ p.

ℂ Sed vt ista diffinitio sane intelligatur. arguitur contra multipliciter: pmo sic. ly nomen. non potest diffiniri: igitur diffinitio nulla patet consequentia. et antecedēs probatur: supposito q diffiniantur termini pro suis significatis. tunc sic. nullus terminus secunde potest diffiniri: igitur ly nomen non potest diffiniri: patet consequentia: et antecedens probatur. omne diffinibile debet habere genus supra se: et ex consequenti coordinari in linea predicamentali. sed termini secunde intentionis non coordinatur in predicamento. igitur et cetera patet consequentia cum maiori. et minor probatur per Aristotelem in antepredicamētis. vbi vult q termini coordinari in predicamento sint prime intentionis. dicit .n. sic singulum in complexorum: aut significat substantiam: aut quantitatem: et c. et sic vult q termini qui sunt in predicamento signicant rem: que nō est terminus.

Ca. 4.

Arḡ 2°

ℂ Secundo arguitur. q obliqui et adiectiua sint nomina de intentione Pauli. qr illa sunt nomina: quibus competit diffinitio data a Paulo: sed istis competit diffinitio Pauli igitur et c. patet consequentia cum maiori. et minor probatur quia obliqui et adiectiua sunt termini significatiui sine tempore et c.

argḡ 3°.

ℂ Tertio arguitur sic. illud quod est predicatum est nomen: sed adiectiua sunt predicatum: igitur et c. patet consequentia: cum maiori: et minor probatur: quia dicendo. sortes est albus. ly albus. est predicatum. vt patet.

Arḡ 4°

ℂ Quarto ly omnis. nō est nomē: et tamen est terminus significatiuus sine tempore et c. ex quo seipsum significat: igitur diffinitio mala. consequentia tenet cum maiori. et minor est etiam nota.

argḡ 5°

ℂ Quinto: ly dies est nomen. et tamen significat cum tempore: igit diffinitio mala.

Arḡ 6°.

ℂ Sexto. ly Petrus Paulus. est nomen:

Nōndū Duplex est diffō

⁊ tamen partes significant separate. Igitur diffinitio mala patet. consequētia. ⁊ antecedens similiter. ¶ Ad ista respondeo primum dicitur ꝙ duplex est diffinitio: vna que est ꝓprie dicta: ⁊ est illa que datur per verum genus ⁊ veram differentiam connotantem partem essentialem eius pro quo supponit diffinitum. sicut si diffiniretur homo ista diffinitione: animal rationale. ⁊ tali diffinitione non diffiniuntur: nisi quedam species de predicamento substantie. ⁊ de ista loqtur septimo metaphysice. ¶ Alia est diffinitio que nō est proprie dicta. ⁊ est omnis illa que non datur per verum genus ⁊ veram differentiam. sꝫ per aliquid quod tenet locum generis: aut differentie: ⁊ tali diffinitione diffiniuntur tam illa que sunt substātie quaꝫ accidentia. ¶ Isto stante dicitur ꝙ argumentum concludit ꝙ illa non est diffinitio proprie sumpta. sed improprie quia datur per aliquid loco generis: ⁊ per aliquid loco differentie: ⁊ non per genus ⁊ differentiam. ¶ Ad secundum negatur ꝙ obliqui ⁊ adiectiua sint nomina de intentione Pauli. Et cum probatur ⁊ dicitur ꝙ eis competit diffinitio data: quia sunt termini significatiui ⁊c. respondeo ꝙ aliquem terminum esse per se significatiuuꝫ est dupl'r sciꝫ quiescenter ⁊ non quiescenter. termini significatiui quiescenter sunt illi qui possunt reddere suppositum verbo sicut substantiui in casu recto. Sed termini significatiui non quiescenter sunt illi qui significant per moduꝫ dependentis. ⁊ non possunt reddere suppositum verbo: sicut sunt adiectiua ⁊ obliqui. Tunc ad argumentum dicitur. ꝙ in diffinitione nominis debet iungi ly quiescenter. de intentione Pauli. ⁊ sic talis diffinitio non competet illis. vt patet. ¶ Ad tertium negatur minor ⁊ negatur ꝙ in ista. sor. est albus. ly albus. sit predicatum. Immo dicitur ꝙ ibi non est predicatum nisi subintelligatur vnū substantiuum sic Sor. est albus idest sor. est sor. albus. vt patet ab eo in primo dubio. argumento. 4. ⁊ sic predicatum erit ly. sor. albus. ⁊ non ly albus. ¶ Ad quartum negatur minor sciꝫ ꝙ ly omnis. sit significatiuus ⁊c. loquēdo de significatiuo proprie: ⁊ eo modo quo logici sciꝫ de eo quod est significatiuuꝫ alicuius. ⁊ hoc fm significationem facientem ipsum esse terminum. ¶ Ad quintum negatur minor. Et ad probationem dicitur: ꝙ est differentia inter significare tempus ⁊ significare cum tempore. Significare enim tempus est representare rem: que si esset esset tempus. significare autem cum tempore seu temporaliter est representare per modum fluxus: vt dicunt grammatici: aut sub aliis verbis per modum presentis preteriti vel futuri. Et tunc ad argumentum dicitur ꝙ ly dies ⁊ annus. bene significant tempus: sed non cuꝫ tempore. idest. per modum fluxus ⁊ patet solutio. ¶ Ad vltimum respondeo dupliciter: primo dicitur ꝙ diffinitio nominis: vt verba sonant non est completa: sed cum ibi ponitur ꝙ partes nominis non significāt separate. debet sic intelligi ꝙ partes nominis nō significant separate aliquid quod per totum significetur. ⁊ sic patet solutio: ꝙ licet partes illius dictionis Petruspaulus. significent separate: non tamen aliquid ꝙ significaretur per totum: quia totum significabat vnum hominem. ⁊ ly Petrus non illum: sed alium: ⁊ similiter ly Paulus: non autēꝫ sic est de partibus orationis. vt patet. ¶ Secundo potest responderi petendo an opponens velit ꝙ ly Petruspaulus subordinetur pluribus conceptibus: sicut ly sor. pla. an vni tantum. ¶ Si primum dicitur ꝙ non est nomen: sed duo nomina. si secundum. dicatur consequenter ꝙ sue partes non significāt separate. vt patet ex casu. Et si dicatur ab opponēte. volo ꝙ tibi subordinetur vni conceptui ⁊ platoni duobus. dicas in isto casu ꝙ illud vocale tibi est nomen. ⁊ platoni est oratio: quia duo nomina ⁊ ista solutio apparet mihi melior. Colligendo igitur: descriptio nominis erit ista. nomen est terminus. ⁊ hoc loco generis significatiuus vt differat a non significatiuis: quiescenter: vt differat ab adiectiuis ⁊ obliquis sine tempore. i. non per modum fluxus. ad differentiam verbi ⁊ participii: cuius nulla pars ⁊c. ad differentiam orationis. Siquis autem velit ꝙ illa descriptio competat obliquis. demat de descriptione ly quiescenter. ¶ Sed hic est vna petitio quid est subordinari. Respondeo ꝙ quando sunt duo termini sinonimi: quorum vnus est vocalis vel scriptus. ⁊ alter mentalis dicimus illum vocalem: aut scriptum subordinari mentali. i. ordinari sub mentali: prius. n. sunt termini mentales q̄ꝫ vocales: aut scripti: ⁊ ita vocales subordinantur mentalibus. ⁊ non econuerso. Et breuiter subordinari est significare ad placituꝫ illud vel illa vel illo modo: quod vel que. vel quomodo significatur naturaliter per terminum mentalem sibi synonimum.

Jn. 7. cō. 35.

Ad pᵐ di

Ad 2ᵐ

Ad 3ᵐ

Ad 4ᵐ

Ad 5ᵐ

Ad vltimum

Alia rñsio

Petitio Rñsio.

Capitulo de verbo.

Verbum est terminus temporaliter significatiuus ⁊ extremorūꝫ vnitiuus: cuius nulla pars aliquid significat separata: vt currit vel disputat: ⁊ dicitur primo temporaliter significatiuus ad differentiam nominis: quod significat sine tempore. Secundo dicitur ⁊ extremoruꝫ vnitiuus ad differentiam participii quod significat cum tempore: sed non vnit suppositum cum apposito sicut verbum: cetere autēꝫ particule ponuntur sicut in diffinitione noīs.

Aduerte ꝙ phs diffiniens verbum primo perhyermenias aliter diffinit q̄ꝫ magister cum aliter accipiat verbum. Dicit. n. Verbum est vox significatiua ad placitum cum tempore. cuius nulla pars per se separata significat. Et est nota eorum que de altero dicuntur finita ⁊ recta. per primam particulam. vox significatiua ad placitum. verbum conuenit cum nomine: per secundam: cum tempore: verbum differt a nomine: ⁊ conuenit cum participio. per tertiam cuius nulla pars separata significat. differt ab oratione: per quartam. est nota eorum que de altero dicunt. differt a participio. ¶ Hec particula a diuersis diuersimode exponitur Sanctus doctor. di. Est nota eorum que de altero predicātur. idest verbū est significatiuum eorum que predicantur. i. verbuꝫ se tenet ex parte predicati: ex quo significat illud quod predicatur. Aliter Gratiadeus de intētione sancti doctor. verbum est eorum que predicantur. idest significatiuum eorum que predicantur: non ꝙ quicquid predicat sit significatum verbi: q2 tunc omnia predicata essent accidentalia. cum significata verborum sint quedam accidentalia: sed pro tanto dicitur ꝙ siue predicatur vnum nomen siue aliquid ipsum verbum est signum eoꝝ que predicantur: eo ꝙ ratione compositionis importate per verbum omnis predicatio fit per verbum in actu siue sit predicatio essentialis siue accidentalia. ¶ Burleus ꝟo dicit. Est nota eorum. idest est principium notificandi predicatuꝫ de subiecto. Magister ꝟo dicit. est nota eoꝝ. i. est vnitiuū subiecti cum ꝑdicato. ¶ Ultimo di finita ꝓpter ꝟbuꝫ infinituꝫ. vt non currit. ⁊ recta: ꝓp obliquū ꝟbum vt currebat: que nō sunt ꝟba fm phm. Et sic patet phm soluꝫ de terminare de verbo vocali ⁊ non mentali nec scripto. ⁊ tantum de

Nōndū Diua inter phꝫ ⁊ magistrum in diffiniendo ꝟbū a pō sanc. doct. a pō gra dei.

expō Bur.

oñi de verbo finito ⁊ recto. Magister autē largius diffinit verbū dicēs. Verbū est terminus tpaliter significatiuus ⁊ extremoꝝ vnitiuus: cuius nulla pars separata aliquid significat. Et sic pꝫ ꝙ hec diffinitio est cōmunis ad omne verbū siue vocale siue mētale siue scriptum siue finitum siue infinitū: siue rectum siue obliquum. per aliaꝫ particulā temporaliter significatiuus. differt a nomine. Per illā particulā. cuius nulla pars ⁊c. differt ab oratione. Per illā. extremorū vnitiuus. differt a participio: qḋ non vnit extrema: q2 non regit aliqd a parte añ sꝫ solum a parte post. ¶ Quid sit signare tēporaliter: ⁊ q̄uo nulla ps separata aliqd signat dictū est in diffōne nois.

Rñ° No^m p^m No^m 2^m

Circa diffinitū nota ꝙ est scđe habens duo significata. ⁊ diffinitur solū pro formali ⁊ nō pro seipso: q2 ipsum est vnum nomē. ¶ Circa descriptionem est notandum ꝙ intelligitur sic: verbū est terminus. ⁊ hoc loco generis. significatiuus tēporaliter. i. per modum fluxus: ⁊ in hoc differt a nomine ⁊ multis alijs partib⁹ orationis: ⁊ extremoꝝ vnitiuus. i. vnitiuus subiecti ⁊ predicati: ⁊ per hoc differt a participio: cuius nulla pars ⁊c. i. hoc differt ab oratione. ¶ Sed iuxta istaꝫ descriptionē est bona dubitatio. s. an ly amat: sit verbum. ⁊ arguitur ꝙ sic: q2 est pars orationis: ⁊ non nisi verbum. vt patet. igitur ⁊c. ¶ In oppositū arguitur: q2 magister infra dicit. copula auteꝫ semper est sum es est. ¶ Pro solutione istius dubitationis: ⁊ vt inde appareant multe cōclusiones. presuppono duo. p^m ꝙ omne verbum est extremorum vnitiuūꝫ. i. subiecti ⁊ predicati. istud patet per omnes. 2° presuppono ꝙ si est aliqua propositio cathegorica affirmatiua vera habēs subiectū ⁊ p̄dicatum: tūc subiectum ⁊ p̄dicatū supponunt pro eodē: istud p̄missūꝫ patet per multos logicos ⁊ si negaretur. probatur ratione nam cuꝫ propositio cathegorica affirmatiua. vt illa. homo est animal. sit compositio. ⁊ significet hoc eē hoc: aut igitur significat hoc esse hoc: q2 subiectum sit predicatū: aut hoc esse hoc: q2 illud pro quo supponit subiectū sit illud pro quo supponit p̄dicatum: sed non primum vt patet: q2 dictio que est subm non est illa que est p̄dicatum. igitur scđm. ¶ Istis stantibus rñdeo ad dubium ponendo. 7. conclusiones. ¶ Prima: nulluꝫ verbuꝫ adiectiuū in logica est verbū. probatur. nullum verbum adiectiuū est vnitiuum extremorum. igitur conclusio vera. patꝫ cōsequentia ⁊ añs probatur: q2 si aliquid tale sit vnitiuum extremorū. sit ꝙ ly creauit. in ista. deus creauit celum. ⁊ arguitur sic. ly creauit. non vnit nisi ly deus. ⁊ ly celum. Sed ista nō sunt extrema. igitur ⁊c. consequentia patet cum maiori. ⁊ minor probatur sic. quādocūqꝫ in aliqua cathegorica affirmatiua vera sunt duo termini. qui non possunt supponere pro eodem. illi nō sunt extrema. sed in ista. deus creauit celum. q̄ est huiusmodi sunt duo termini: qui non possunt supponere pro eodem. s. ly deus: ⁊ ly celū. igitur illi nō sunt extrema. ꝯña patet cū maiori per suppositum: ⁊ minor de se patet. ⁊ sic patet prima cōclusio.

p^a ꝯ̄

p^m cor^m.

¶ Ex ista sequitur primo hoc correlarium. s. ꝙ solum verbum substantiuum est verbum in logica. probatur aliqḋ verbum est verbū in logica. ⁊ nullum adiectiuum est verbuꝫ in logica. igitur solum substantiuum est huiusmodi.

2^m cor^m.

¶ Scđo seqtur ꝙ ois cathegorica de verbo adiectiuo dꝫ reduci ⁊ subordinari vni de substantiuo. probatur. omnis cathegorica dꝫ habere verbum. per quod vniuntur extrema: aut subordinari vni habēti ipsum: sꝫ illa de adiectiuo non habet verbum. per qḋ vniatur extrema. q2 per nullum fit ista vnio nisi per substantiuum. vt patet in conclusione. igitur ois talis debet subordinari vni habēti verbum substantiuū. per quod vniūtur extrema. tenet ꝯña cum minori. ⁊ maior probatur. q2 ois cathegorica dꝫ habere subm predicatum ⁊ copulā p̄ncipales partes sui implicite vel explicite. per Pau. in littera.

3^m cor^m.

¶ Tertio sequitur ꝙ in mente non est verbum adiectiuum: ⁊ sic ly currit: ly incipit: ly promittitur: non sunt in mente licet apparet. patet hoc intelligēti.

2^a ꝯ̄.

¶ Secūda conclusio. ly amat in voce subordinatur huic complexo est amans. probatur sic. ista propositio. sor. amat Joannem. subordinatur huic. sor. est amans Joānem. per tertium correlariū. sed ly sor. subordinatur solum illi termino sor. ⁊ ly Joānem illi termino Joānem. igitur ly amat illi cōceptui est amans.

3^a ꝯ̄.

¶ Tertia ꝯclusio. verbum logicale non regit obliquos. probatur. solum extrema regūtur a verbo: sed obliqui non sunt extrema. igitur conclusio vera. patet ꝯña cuꝫ maiori: ⁊ minor probatur. q2 si nō sit vera: detur oppositū: ⁊ sit gratia exempli ꝙ in ista. deus est in celo. ly in celo. sit extremū. ⁊ arguit̄ ꝙ non sit. q̄m cū qꝫ in propositione affirmatiua vera sunt duo termini: q non possunt supponere pro eodem: illi nō sunt extrema: sed ly deus. ⁊ ly in celo. non possunt supponere pro eodem: vt patet: igitur non sunt extrema: quod fuit probādum. Similiter arguitur de ista. sor. est asinus.

p^m cor^m.

¶ Ex ista conclusione sequitur primo ꝙ si in propositione est aliquis casus obliquus ille regit̄ a nomine vel ab alia parte orationis. probatur. q2 ab aliquo debet regi: ⁊ nō a verbo logicali. igitur ⁊c. ⁊ ista est sententia. B. Augustini ⁊ Albertucij ⁊ multorum aliorum.

2^m cor^m.

¶ Secundo sequitur ꝙ ois cathegorica que est de extremo obliquo debet reduci ad rectum. probatur. ois cathegorica dꝫ habere extrema: aut subordinari vni habēti. Sed illa de obliquo non hꝫ extrema. vt patet in conclusione. igitur dꝫ reduci. ⁊ subordinari vni habenti. ꝯña patet cū minori. ⁊ maior patet per diffinitionem propositionis cathegorice.

4^a ꝯ̄.

¶ Quarta conclusio. q̄n obliquus in propositione vocali p̄cedit rectum: rectus se tenet ex parte predicati vt gratia exempli in ista. ⁊ consimilibus. cuiuslibet hominis asinus currit. ly asinus se tenet ex parte p̄dicati. probatur. quādo vna propositio vocalis subordinatur mētali eo modo quo terminus se tenet in mentali eo modo se tenet in vocali. sed ista. cuiuslibet hominis asinus currit. est vocalis. ⁊ per conclusionē subordinatur huic mētali de recto. quilibet homo est homo: cuius asinus currit. igitur sicut ly asinus. se tenet in vna se tenet in alia. sꝫ in illa mētali se tenet ex parte p̄dicati. igitur ⁊ in vocali. ⁊ patet conclusio.

5^a ꝯ̄.

¶ Quinta cōclusio. nulla propositio est de secundo adiacente in mente probatur. omnis propositio vocalis subordinatur mētali in qua est verbum vniens extrema. sed vbi est verbū vniens extrema ibi nō est propositio de secundo adiacēte. sed de tertio. igit̄ cōclusio vera.

6^a ꝯ̄.

¶ Sexta conclusio. ly est. ⁊ ly est in istis vocalibus. asinus est sortis. ⁊ asinus est sortes. non sunt synonyma. patet. q2 ly est in prima subordinatur verbo: ⁊ nomini. ⁊ in scđa verbo tm̄. igitur ⁊c. patet consequētia ⁊ añs probatur. q2 ista. asinus est sor. subordinat̄ isti asinus est asinus sortis. vt pꝫ supra. Et sic pꝫ solutio dubij. q2 dicit̄ ꝙ ly amat. non est verbū logicale. sꝫ grāmaticale.

Ad dubiuꝫ oi.

Vlt^a ꝯ̄

¶ Vltima cōclusio. aliqua est cathegorica que nō hꝫ verbū logicale. pꝫ de ista. sor. amat Petrū.

ꝯ 5^m ꝯnē instat.

¶ Sꝫ arguitur cōtra conclusionē 5^m probādo ꝙ in mente sit propositio de scđo adiacente: q2 in mente est propositio de tertio. sed vbi est totū est quelibet eius pars igit̄ in mēte est quelibet ps propositionis de tertio adiacēte. sed vna ps est illa de scđo. igitur cōclusio falsa.

ꝯ vl. ꝯnē arguit.

¶ Scđa arguit̄ contra vltimam conclusionē. q2 illa contradicit diffinitioni propositionis cathegorice vbi dicitur ꝙ est illa que habet subiectū predicatum ⁊ copulam.

Ad p^m

¶ Ad primū cōcedit̄ ꝙ in mēte est pars propositionis de tertio adiacē/

te. sed dz ꝙ illa pars non est propositio: q2 nõ est cõpositio: aut diuisio. ¶ Ad 2m dicet̃ in diffõne cathegorice.

Ad 2m

¶ Capitulum de oratione.

Oratio est terminus significatiuus cuius aliqua pars aliquid significat separata: vt homo albus deuz esse. Ultima particula ponitur ad differentiam nominis ⁊ verbi: quorum partes nõ significant separate. Orationum alia perfecta alia imperfecta. Oratio perfecta est illa que pfectum sensum generat in animo auditoris: vt homo currit. Oratio imperfecta ẽ illa que imperfectum sensum generat in animo auditoris: vt homo albus deum esse. ¶ Notãdũ ꝙ tres sunt species orationis pfecte. Orationum perfectarũ alia indicatiua: vt homo currit: alia imperatiua: vt doce Joãnem: alia optatiua: vt vtinã essem bonus logicus.

Nom ca. 4.

Aduerte ꝑmo ꝙ illi termini significāt vbi per quos cōuenienter rn̄det ad questionē factam per vbi: vt sunt isti termini: hic: illic: in platea in ecclesia. Huius ꝑdicamēti questitiuuz est questio vbi. ¶ Aduerte circa hoc predicamētum: ꝙ vbi sic diffinit a Gilber. vbi est circūscriptio corporis a loci circūscriptione prouenlens. i. vbi est quedā forma simplex causata a circūscriptione loci. per quam aliqd dr̄ esse in loco formalr̄: sicut albedo est forma per quā aliqd dr̄ esse albus. Habes eniz imaginari ꝙ quēadmoduz sigillus imprimit suum characterē in cerā: ita locus ex eo ꝙ ambit locatū imprimit vnam formam in ipm que dr̄ vbi. ¶ Primū genus subalternuz nō erit esse in loco. sed erit vnū vbi per qđ aliqd dr̄ esse in loco. Similr̄ ſm genus subalternū nō erit eē in spatio. sed erit vnū vbi per qđ aliqd dr̄ esse in spatio. Cum. n. ista nō sunt noiata noibus simplicibꝰ. circūlogmur per ista. Illa que sunt simplr̄ spēs. ¶ Sufficiētia huius ꝑdicamenti a diuersis diuersimode assignat. Burle. in lib. sex ꝑncipioꝝ dicit. ꝙ cū vbi causet ex circūscriptione loci ſm diuersas spēs loci debent accipi diuerse spēs vbi. ⁊ qr. 3° phys. ſm Cōmen. spēs locoꝝ debent sumi ſm spēs corpoꝝ simplicium: quoꝝ qnqꝫ sunt spēs. vt vult phs in libro de celo ⁊ mūdo: qr quedam mouent circulr̄: vt celum. quedā sursum simplr̄ vt ignis: quedā sursum ſm qd vt aer. quedaz deorsum simplr̄: vt terra. quedā deorsuz ſm qd vt aqua. Ideo diuidit sic. s. in vbi mobile motu circulari: ⁊ in vbi mobile motu recto: ⁊ diuidit vbi mobile motu recto: qr quoddā est extremum ⁊ qđdam mediū. Et vbi extremū diuidit. qđdam est sursum ⁊ qđdam deorsum. Silr̄ vbi mediū diuidit: ⁊ sic iste sunt spēs specialissime. ¶ Magr̄ autem aliter inuit diuisionem dicens: ꝙ vbi diuiditur in vbi per quod aliquid dicitur esse in loco. ⁊ in vbi per qđ aliquid dicitur esse in spatio. vbi per quod aliquid dicit esse in loco diuiditur in plures species specialissimas. vt in vbi per quod aliquid dicitur esse in domo: ⁊ vbi p qđ aliquid dicitur esse in ecclesia vel in vbi per quod aliqd dicitur eē in stupro. ⁊ ita de alijs. Vbi per quod aliquid dicit eē in spatio: diuiditur in vbi per quod aliquid dicitur eē in campo: ⁊ in vbi per quod aliquid dicitur esse in platea ⁊ in via: ⁊ ita de alijs: ⁊ sunt species specialissime. Gilber. tamen videtur diuidere vbi in vbi simplex ⁊ vbi compositum: ⁊ non aliter vide si placet.

Notandum ꝑm

Notandum 2m

Vbi

Mobilis mo. cir.	Mobilis mo. rector	
	extremum	medium
	sursum	deorsum

Vbi

in loco	in spatio
in oratorio	in platea
in capella	in campo
in ecclesia	in via

¶ De predicamento quando

Octauum predicamētum est ꝑdicamētuz qn̄: cuius gn̄alissimū est qn̄ sub quo sunt gn̄a subalterna. vz: in tpe: in euo: in eternitate: quoꝝ species sunt: heri: hodie: cras: ⁊ indiuidua: vt tūc vel in illo die: vel in illo instanti.

Aduerte ꝑmo ꝙ illi termini significant quādo. per quos rn̄detur ad qōnem factā per qn̄: vt hodie: cras. pridie. Questitiuū huius predicamēti est qn̄

Notandum ꝑm

Aduerte

Notandum 2m

¶ Aduerte circa hoc p̄dicamentum q̄ q̄n sic describit̄ a Gilber. Quādo est qd̄ ex adiacētia tp̄is relinquitur in re tp̄ali ex vnione tp̄is ad illā rem tp̄alē: a qua forma singulari denoiat̄ aliqd esse in tp̄e: sicut ab albedine denoiatur aliqd albū. Primū genus subalternū est in tp̄e. i. q̄n per qd̄ aliqd dr̄ esse in tp̄e. Tēpus est duratio successiua rerū gn̄abilium ⁊ corruptibilium. Describit̄ aūt sic a phō. 4. phys. Tp̄s est numerus motus p̄mi mobilis s̄m prius ⁊ posterius. Scd̄m genus est in euo. Euum aūt est duratio mutabilis angeloꝝ tota simul. ¶ Tertium genus est in eternitate. i. q̄n per qd̄ aliqd dr̄ esse in eternitate. Eternitas aūt est duratio imutabilis dei tota simul. ¶ Nota tn̄ q̄ magister capit largius q̄n: q̄ʒ facit Gilber. Accipit. n. Gilbert. solum vt est forma quedā derelicta a tp̄e in re tēporali: ⁊ sub tali q̄n: non cōtinet̄ euum: nec eternitas: sed magister accipit q̄n: prout est vna forma derelicta in re a duratione mēsurāte ipsam: siue talis duratio sit tp̄s: siue euum. siue eternitas: ⁊ tunc describit̄ sic. Quando est qd̄ ex adiacentia durationis derelinquitur in re mēsurata per ip̄m. ¶ Sufficiētia huius p̄dicamēti sic assignat̄ a Bur. in sex p̄ncipijs. Q̄n aliud est simplex. s. qd̄ causat̄ ab instanti. Aliud cōpositū. s. qd̄ causat̄ a tp̄e. Q̄n cōpositū: diuidit̄. q: aliud est derelictum a tp̄e p̄nti: aliud a tp̄e non presenti. Q̄n derelictū a tp̄e non p̄nti diuidit̄: q: aliud derelinquit̄ a tp̄e p̄terito: aliud a futuro. Quādo aūt de preterito. diuidit̄ per dr̄ias q̄bus tn̄ non sunt noia imposita: sed vtimur istis noibus loco illaꝝ: derelictis a tp̄e hesterno: ⁊ derelictis ab alio tp̄e qd̄ est tp̄s hesternum. ¶ Magister v̄o inuit aliam sufficiētiā sic. Quādo: aliud est derelictum a tp̄e: aliud a nō tp̄e. Q̄n derelictū a tp̄e. diuidit̄ in q̄n hodiernū in q̄n hesternū: ⁊ q̄n crastinū: ⁊ hec sunt spēs specialissime. Q̄n v̄o derelictū a nō tp̄e: diuiditur: q: aliud q̄n est derelictū ab euo: aliud ab eternitate.

Quando

In eternitate	In euo	In tp̄e
		in anno
		in mense
		in die
		in hora

¶ De predicamento situs.

Nonum predicamētum est predicamentum situs: cuius generalissimum est situs vel positio. sub quo sunt species. videlicet: stare: iacere sedere: quarum indiuidua sunt: sic stare: sic sedere: sic iacere.

Notandum p̄m

Aduerte p̄mo q̄ illi termini significant positionē per quos r̄ndet̄ ad qōnem factam de aliquo per q̄ūo vel qualr̄. Quesitiuum. n. huius p̄dicamēti est q̄ūo vel qualr̄. ¶ Aduerte circa hoc p̄dicamētum q̄ positio sic describit̄ a Gilber. positio est qdā situs partiū generationisq̄ʒ ordinatio: Ly q̄ʒ s̄m aliquos tenet̄ expositiue. i. rei gn̄ate ordinatio q: positio nō est nisi ordinatio partiū in toto in cōparatione ad locū. Aliqui volūt q̄ ly q̄ʒ teneat̄ copulatiue: ⁊ dicunt q̄ per h̄ qd̄ dicit qdā situs partium tāgit positionē que est a ↄsueto modo nāe: vt sedere: iacere: stare. Per hoc v̄o qd̄ dicit gn̄onis ordinatio tangit positionem que est a nā: vt asperꝫ ⁊ lene. ¶ Tres spēs ponit magr̄. s. sedere: stare: iacere: sedere: sic describitur: est talis situs p̄tiū in toto in cōparatione ad locum: ⁊ ita dicat̄ de alio suo mō. Propriū aūt positioni est p̄ assistere ipsi subiecto. ¶ Sufficiētia huius p̄dicamēti sic assignat̄ a Burleo ex intētione Gilberti. Positionis alia est a p̄n° inata: alia est a ↄsueto mō nāe. Positio inata diuiditur: q: alia est p̄tium ineq̄litatis: vt asperitas: alia est partium equalitatis: vt lenitas: ⁊ sunt spēs sp̄alissime. Positio v̄o a ↄsueto modo nāe diuidit̄ in stare ⁊ nō stare. Nō stare v̄o diuidit̄ in sedere ⁊ iacere. que ēt sunt spēs specialissime. Magister v̄o loqtur de positione que est a cōsueto modo nature: vt est sedere: stare: iacere. Aut q: Gilbertus negat asperum ⁊ lene esse positiones: sed dixit q̄litates esse: aut quia positiones ex cōsueto modo nature sunt alijs notiores. ¶ Ideo potius eas explicauit. que qualiter ordināturnotum est ex dictis.

Situs vel positio

Stare	Iacere	Sedere
sic	sic	sic

¶ De predicamento habitus.

Decimum predicamētum est predicamētum habitus: cuius generalissimum est habitus sub quo sunt species: annulus ⁊ corona: armatū esse calciatum esse quaruꝫ indiuidua sunt: hic annulus: hec corona: sic armatum esse: sic calciatum esse. Iuxta predicta est notādum: q̄ in quocunq̄ʒ predicamento ponitur concretum in eodem ponitur suum abstractum: ⁊ ecōuerso. ita q̄ in eodem predicamento ponitur homo in quo humanitas: in codē albedo in quo album: ⁊ econuerso ⁊c̄.

Notandum p̄m.

Aduerte p̄mo q̄ illi termini significant habitū per quos ↄuenienter r̄ndetur ad qōnem querētē de aliquo circa qd siue qualr̄ est habituatus. Quesitiuūʒ. n. huius predicamēti est questio circa qd s̄m magistrum. ¶ Aduerte circa hoc predicamētum: q̄ habit⁹ sic describit̄ a Gilberto. Habitus est adiacētia corporꝫ: et coꝝ que circa corpus sunt. i. habitus est quedam forma simplex derelicta a corporib⁹: ⁊ coꝝ adiacentia que sunt circa corpus. vt sunt vestimenta: arma.

Notandum 2m

Hitus 3° sumitur

¶ Habitus capitur tripl'r. Uno modo pro q̄litate de difficili mobili. Secundo modo pro vestimētis. Tertio modo pro adiacentia. i. pro forma causata ex adiacētia corpoꝝ. Spēs sunt: coronatum esse. anullatū esse: calciatum esse: vestitū esse: ⁊ ita de alijs. Iste non sunt ꝑprie species: sed illā Circūloquitur ex carētia vocabuloꝝ: per coronatum esse intelligit formam per quam aliqd dicit̄ coronatuꝫ: ⁊ ita dicit̄ de alijs suo modo. Proprium autem est habitui in pluribus existere. Sufficienntia huius predicamenti difficilis valde est attamen sic potest assignari. Habitus quidā est totius: vt vestitum esse. armatum esse: quidam eē partis: vt coronatum esse: annulatum esse.

Habitus

Coronatum esse	calciatum esse
sic sic	sic sic
armatum esse	vestitum esse
sic sic	sic sic

Du^m p̄^m distōne aliq̄ruꝫ p̄ntoꝝ.

Dubitatur p̄ q̄ūo sex p̄dicamenta vltima sunt distincta. s. actio: passio. vbi q̄n: situs: ⁊ habitus: q: omnia ista vel sunt respectus: qdā vel quedā forme importātes respectū. Si p̄mo° cum ois respectus

sit in predicamēto relationis oia ista p̄dicamēta erunt in p̄dicamētis relationis. Si 2ᵐ mō. tunc q̄libet hoꝝ dicet aggregatum ex forma ⁊ respectu. vt gr̄a exēpli. Actio dicit aggregatū ex motu ⁊ respectu ad agēs: sed nullū aggregatū per accidēs est in p̄nto. 5ᵒ metaphysi. q2 ens p se diuidit in decem p̄nta. ergo nullū tale est in p̄nto. ¶ Circa hoc sunt due opiniones. Una cōior que dicit: ꝙ oia ista p̄dicamēta sunt quedā forme importātes respectū vt dicebat de actione. ¶ Actio est motus cū respectu ad agēs. ⁊ cum dicis ꝙ sic q̄libet est aggregatū per accidēs nego. vnde nō dico ꝙ actio sit aggregatū ex motu ⁊ respectu. sed dico ꝙ est motus cū tali respectu vt est ab agēte. Motus enim est sicut mal̄e vt est ab agente est formalē. Actio enim mal̄r est ipse motus: formal̄r ꝟo est respect⁹ ad agens. Adequate aūt est motus vt est ab agēte. nego tamen ꝙ sit aggregatū ex motu ⁊ respectu ad agens ⁊c̄. ¶ Alia opinio est subtilioꝛ. que dicit: ꝙ q̄libet hoꝝ est respectus qdam. Unī actio nō est nisi respectus qdā fundatus in motu ad agens. ⁊ passio est motus quidam fundatus in motu ad patiēs: ⁊ cū dicis ꝙ quilibet respectus est in p̄nto relationis negat̄ hoc. Et si diceres que est differētia que est iter respect⁹ qui sunt in p̄nto relationis: ⁊ alioꝝ generꝝ. Dicunt qdam ꝙ hoc interest: q2 respectus qui est in predicamēto relationis coexigit in termino ad quē alium respectū sibi correspōdentem: sed respect⁹ qui est in sex p̄ncipijs non reqrit in terminū ad quē aliuz respectum sibi corrn̄dentem. Actio. n. vt est vnuz de sex p̄incipijs dicit respectuz motus ad agēs. Unī respect⁹ ipsius motus ad agens dicit̄ actio. ⁊ respectus ipsius mot⁹ ad patiens dicit̄ passio: tn̄ nec in agente nec in patiēte est respectus ad motum: licz sit respectus agentis ad patiens: ⁊ ecōuerso: qui respectus nō sunt actio ⁊ passio. sed due relationes. s. actiui ⁊ passiui. ⁊ ita dicat̄ de alijs ⁊c̄. ¶ Dubitatur 2ᵒ. ꝙ vident̄ esse plura predicamēta q̄ꝫ decem: ratione diuersaꝝ questionum ad quas respondet̄ per aliquod hoꝝ p̄ntoꝝ: vt sunt iste: cur: quare: vtrum: ⁊ ille q̄s phs exprimit 2ᵒ posterioruꝫ: si est: quid est: qꝛ est: ⁊ ꝓpter quid est. Simil̄r alia nominata a grāmaticis: vt qs vel q que qd vel quid: simil̄r quo: vnde: qua: vt arguat̄ sic. Quot sunt qōnes diuerse. tot sunt diuersi modi predicādi: quot sunt diuersi modi predicādi: tot sunt predicamēta. ergo a p̄mo ad vltimum: quot sunt qōnes diuerse: tot sunt predicamēta: sed questiones sunt plures dictis: vt dictum est. quare ⁊c̄. Confirmat̄. q2 non videt̄ maior ratio: ꝙ vbi faciat vnum predicamētum. q̄ꝫ quo: vnde: qua ⁊c̄. ¶ Ad h̄ r̄ndet magister in predicamētis suis dicēs: ꝙ decem sunt questiones p̄ncipales p̄ntoꝝ habendo respectum ad diuersos modos predicādi. Unī qd est questio p̄dicamenti substātie: quale qualitatis: quātum q̄ꝫtitatis: questio ad quid est relationis. in quid: ⁊ a quo est actionis ⁊ passionis. Dum enim querit̄ in qd agit ignis: r̄ndet̄ in lignū. ⁊ a quo patit̄ aqua r̄ndet̄ ab igne: questio vbi ꝑtinet ad p̄dicamentum obiectionis: ⁊ qn̄ qualitatis. questio qual̄r vel q̄uo ꝑtinet ad situm: ⁊ questio circa qd ad habitum. ¶ Ad argumētum dr̄: ꝙ sicut sunt aliqua trāscendentia que nō sunt in aliquo p̄dicamēto per se nec per accidens nec per reductionē: sed descēdunt in oia predicamēta. vt ens vnū. 5ᵒ metaphysice. Ita sunt aliq̄ quesitiua que non appropriant̄ alicui predicamēto: sed sunt applicanda oibus p̄dicamētis vt si est: qd est: ꝓpter quid est: ⁊ cur: quare: vt patet. Nam cur ⁊ quare: importāt questionem propter qd est: ⁊ vtrum importāt questionē: si est: aut q2 est. Ita etiam: qs: que: qd sunt interrogatiua transcēdentia applicabilia oibus predicamētis. Et questio qd large sumpta est transcēdens applicabile omnib⁹ predicamentis: stricte ꝟo soli predicamēto substantie. Questio quot: large sumpta est transcendens: stricte ꝟo: ad predicamentū quantitatis pertinet. Ista ꝟo quo: qua reducunt̄ ad vbi. vt quo vadis: est dicere vbi intēdis esse: ⁊ vnde venis: est dicere vbi fuisti ante motum. Et per hoc patet responsio ad argumentum ⁊ confirmationem.

In tex. cōm. 14

Opio p̄ᵃ

Opio 2ᵃ

Du.ᵐ 2ᵐ i q̇ arg.ᵉ ꝙ sint pl̄s q̄ꝫ decē p̄nta.

Confir.ᵒ

R̄nsio

¶ Incipit tractatus syllogismoꝝ.

Syllogismus est ōro in qua quibusdam positis ⁊ concessis: necesse est ad aliud euenire per ea que posita sunt ⁊ ꝯcessa: vt omnis homo currit: soꝛ. est homo: ergo soꝛ. currit.

Aduerte p̄mo circa diffinitum ꝙ quatuoꝛ sunt particule speciei argumētationis. s. syllogismus: inductio: enthimema: ⁊ exemplum. ¶ Argumētatio sic describitur a Boet. primo topicoꝝ suorum. Argumentatio est argumēti per orationez explicatio. i. oratio explicans argumētum composita ex premissis ⁊ ꝯclusione. Argumentum ꝟo est ratio rei dubie fidem faciens. i. medium probans cōclusionez. Quid sit syllogismus patet a magistro: hic diffiniente syllogismum: q̄ꝫ diffinitionem capit a Boetio libro topicorum suorum. Inductio ꝟo est progressio a particularibus ad vniuersale. Enthimema est syllogismus imperfectus. i. oratio in qua non oibus positis infertur festinata ꝯclusio. vt omne animal currit. ergo ois homo currit. Exēplum est: ꝙ particulariter ꝓpositum particulare quoddam cōtendit ostendere per simile repertum in illis: vt dicat̄ oportet a Tullio cōsule necari Catilinam: cum a Scipione graccus fuerit interēptus. ¶ Aduerte 2ᵒ circa diffinitionem: ꝙ lꝫ oratio est loco generis: est enim oratio genus ad syllogismū: q2 syllogismus est oratio hypothetica rōnalis in qua ꝯiungunt̄ tres cathegorice per notam rōnis. Ois. n. syll̄s est consequētia: ois ꝯsequentia est oratio hypothetica: ideo omnis syll̄s est oratio hypothetica: oratio ergo erit loco generis. Nec turberis quāuis oratio sit genus remotū: argumētatio ꝟo genus ꝓpinquum: ⁊ diffiniatur per genus remotum ⁊ non propinquum: vt licet quādo generi remoto additur differētia vltima: vt hic: hoc tn̄ ample videtur contra sumulas. Per hoc qd dicit: qbusdam positis. i. dispositis in modo ⁊ in figura: tangit ꝓpositiones syllogismi: que ordinantur in modo ⁊ in figura: ⁊ p hanc particulam differt ab alijs argumentationibus: per hoc ꝟo ꝙ dicit: necesse est ad aliqd euenire: tangit ꝯclusionez que sequitur ex p̄missis. Unde oportet scire: ꝙ ꝓpositio ꝓprie sumpta est oratio: qua posita ad eam seqtur aliqd. Est aūt ꝯclusio approbata ꝓpositio. Addit aūt magister hāc pticulam. ꝯcessis. sic ⁊ Boeti. quam non posuit phs in p̄mo prioꝝ. diffiniens syllogismum: nec ēt in p̄ topicorum. quare aūt hoc fit: vide contra summulas.

Notandum p̄ᵐ

Notandum 2ᵐ

Ca. p̄.

¶ Et sciēdum est primo ꝙ omnis syllogism⁹ constat ex tribus terminis. s. maiori extremitate: minori extremitate: ⁊ medio termino. Unī medius terminus est ille qui bis sumitur ante conclusionem ⁊ non ingredit̄ cōclusionem vt homo. Maioꝛ extremitas est ille terminus q sumit̄ in maiori ꝓpositione cuꝫ medio termino: vt currēs. Minoꝛ extremitas est ille terminus q sumit̄ in minori ꝓpōne cū medio termino: vt soꝛ. ¶ Scd̄o est notādū ꝙ figura est debita dispō terminoꝝ: que dispō tripl̄r fit. Naꝫ aut illud qd subijcit̄ in p̄ma ꝓpōne p̄dicatur

in scd̄a:

in scda: et sic resultat prima figura: aut idem predicatur vtrobique: et sic ordinatur scda figura: vel idem subijcitur in vtraque: et sic habetur tertia figura. Exemplum prime figure: vt omne animal est substantia omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Exemplum secunde figure: vt nullus lapis est homo: omne risibile est homo. ergo nullum risibile est lapis. Exemplum tertie figure. omnis homo est animal: omnis homo est rationalis: ergo quoddam rationale est animal. Unde versus.

Sub pre prima: bis pre scda: tertia bis sub.

Notandum pm — **Aduerte** pmo q causa quare iste terminus dicitur maior extremitas qui sumitur in ppone cum medio termino: est quia cum itellectus format syllm pcedit discurrendo a magis noto ad minus notum. In pdicto autem discursu triuz terminorum. Primus qui vlior est siue magis notus. pro occurrit itellectui et dicitur a^{us} extremitas: extremitas dicitur quia pro occurrit intellectui. Maior dicitur: quia vlior vel magis notus. Secundus autem terminus qui itellectui occurrit est qui non est ita vlis vel ita notus. tamen sm locum itellectus tenet pus pm. Huic autem 2° termino scimus iesse pm terminum. et hic dicitur maior ppo quia pior in cognitione. Ultimus terminus minus notus dicitur minor extremitas: cui scimus inesse pm terminum: vel etiam dicitur minor ppo: quia minus nota vel scdo nota. vt dicendo omnis homo est aial. sor. est homo. ergo sor. est aial. ¶ Scdo notandum: q figura est debita dispo terminorum. ¶ Aduerte causam: quare pa figura est quando medium subijcitur in pa ppone: et pdicatur in 2^{a}: causa est: quia tunc medium vere est medium: quia sapit naturam vtriusque extremi. s. subiecti: et pdicati. pdicatur. n. et subijcitur: vt dictum est. Si vero medium pdicatur in vtraque. dicitur 2^{a} figura. Cuius ratio est: quia licet medium non sit vere medium sapiens in naturam sbti et pdicati tamen: quia dignius est pdicari quam subijci. ideo hec figura sm locum tenet. Si vero medium in vtraque subijcitur dicitur 3^{a} figura et vltima: quia medium in ea non stat in medio sicut in pa: quod est dignius nec pdicatur: sicut in 2^{a} sed subijcitur. Plures autem figure non possunt esse: quia tres termini in duabus pponibus non possunt aliter variari. ¶ Sed quereret quis. quare talis dispo terminorum sm subiectionem et pdicationem dicta est figura. ¶ Dicitur p similitudinem ad figuras mathematicas: sicut. n. termini linearum in mathematicis aliter et aliter situati: variant spem figurarum. Nam tria puncta que faciunt triangulum si iter se equaliter distabunt erit spes trianguli que dicitur eqlaterus siue isopleurus. Si vero duo equaliter distabunt a tertio: quorum duorum inter se distantia est maior vel minor: distantia eorum. ad tertium est spes trianguli que dicitur isocheles. Si vero omnes distantie punctorum sint ineqles est spes trianguli que dicitur gradatus: siue scalenon. Sic sm diuersitatem illorum trium terminorum subijciendo et pdicando fiunt tres figure syllorum licet alio modo quam in figuris superficialibus iam dictis.

Petitio

Responsio

¶ Tertio est notandum. q quedam est conclusio directa et quedam indirecta. conclusio directa est illa in qua maior extremitas predicatur de minori conclusione. Exempla data sunt. Conclusio indirecta est illa in qua minor extremitas predicatur de maiori in conclusione. vt omnis homo est animal. sor. est homo. ergo aliquod animal est sor.

Notandum — **Aduerte** causam huius quare conclusio directa: dicitur quando maior extremitas pdicatur de minori: causa est: quia maior extremitas habet veram rationem pdicandi respectu minoris extremitatis et minor habet veram rationem subijcibilitatis respectu maioris extremitatis: quia maior extremitas est: sicut forma respectu minoris: et minor est sicut materia respectu maioris. ideo conclusio est directa et predicatio directa contra vero indirecta dicitur quia quod predicatur non habet veram rationem predicandi. et quod subijcitur non habet veram rationem subijcibilitatis. quare et cetera.

¶ Quarto est notandum: q omnium istarum figurarum sunt decem et noue modi quibus syllogiçatur in illis: quorum nouem pertinent ad primam figuram: quattuor ad secundam: et sex ad tertiam: et continetur in istis versibus.

Notandum — **Aduerte** q modus in proposito sic diffinitur. Est ordinatio duarum pponum circa qualitatem et quantitatem et dicitur modus quia est quedam accidentalis determinatio ipsarum propositionum syllogismi. Utrum autem figure sint tres. et similiter vtrum modi sint. 19. vide contra summulas.

¶ Barbara: Celarent: darij: Ferio: Baralypton. Celantes: Dabitis: Fapesmo: frisesomorum: Cesare: Camestres: Festino: Baroco: Darapti. Felapton: Disamis Datisi: Brocardo: Ferisó. Et hi omnes concludunt directe: preter quinque vltimos prime figure. In his nominibus ponuntur quatuor littere vocales. s. a. e. i. o. prima significat vniuersalem affirmatiuam: secunda vlem negatiuam: tertia particularem indefinitam: aut singularem affirmatiuam: quarta particularem indefinitam: vel singularem negatiuam: sm ergo situm istarum litterarum in modo debet constitui syllogismus: quia ergo in barbara ter ponitur a: ideo quelibet propositio in modo erit vniuersalis affirmatiua. Et quia in celarent prio ponitur e. et secundo a. et iterum tertio e. ideo illius modi prima propositio et tertia erit vniuersalis negatiua: secunda vero vniuersalis affirmatiua. Si ergo queratur barbara ex quibus constat: dicatur q ex duabus vniuersalibus affirmatiuis vniuersalem affirmatiuam directe concludentibus: celarent vero: ex vniuersali negatiua et vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam directe concludentibus: et ita de singulis dicatur. ¶ Quinto est notandum: q prime quatuor dictiones primi versus incipiunt ab his consonantibus. b. c. d. f. et similiter omnes dictiones sequentes: et per hoc intelligitur q omnes modi incohantes a b. debet reduci ad primum prime: et omnes modi incohantes. a. c. ad secundum. et per. d. ad tertium: et per. f. ad quartum. Item vbicunque ponitur. s. in his dictionibus denotatur q propositio intellecta p vocalem imediate precedentem debet conuerti simpliciter: et per. p. debet conuerti per accidens: et p. m. q fiat

transpositio in premissis: ita ꝙ maior fiat minor. ⁊ econuerso. ⁊ per. c. quod reducatur per impossibile. Exemplum trium primorum habetur reducendo fapesino ad ferio. vt omnis homo est animal: nullus lapis est homo. ergo quoddam animal nō est lapis. Dicatur ergo sic. nullus homo est lapis. quoddam animal est homo: ergo quoddam animal non est lapis. Ista reductio habetur conuertendo maiorem primi syllogismi per accidens: ⁊ minorem simpliciter: quibus cōuersionibus factis transponantur premissa. ⁊ ita de alijs dicetur. Qualiter autem modus in quo ponitur. c. reducatur. per impossibile ostenditur. Nam in istis modis solūmodo infertur. c. vz. i. ī baroco ⁊ in brocardo. Ideo solū isti modi reducuntur ad barbara per impossibile. Exēplum primi. omnis homo est animal. aliquis lapis non est animal. ergo aliquis lapis non est homo. Reducitur namq; ad barbara per impossibile sumendo contradictoriū conclusionis cum maiori: ⁊ inferendo oppositum minoris vt omnis homo est aīal. omnis lapis est homo. ergo omnis lapis est animal. Exemplū secundi modi: vt quidam homo non est lapis omnis homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis. Reducitur nāq; ad barbara sumendo contradictorium cōclusionis cum minori: ⁊ inferendo oppositum alterius premisse. s. maioris: vt omne animal est lapis: omnis homo ē animal: ergo omnis hō est lapis.

Notandum pᵐ

Notat duo magr̄ pro declaratione horum versuum: primo ꝙ cum istis dictionibus importantibus omnes modos figurarum: ponātur quatuor littere vocales. s. a. e. i. o. Per a intelligitur propositio vniuersalis affirmatiua. Per e. vniuersalis negatiua. Per i. particularis affirmatiua. Per o. particularis negatiua. Barbara ergo cum habeat ter a. constat ex tribus propositionibus vniuersalibus affirmatiuis. ⁊ ita de alijs hoc patet.

Notandum 2ᵐ

¶ Nota secundo: ꝙ omnes syllogismi reducunt̄ ad quatuor primos modos qui incipiunt ab his consonantibus. b. c. d. f. vt Barbara celarent darij ferio: qui incipiunt. a. b. reducuntur ad barbara: qui incipiunt a. c. ad celarent: ⁊ qui incipiūt a. d. ad darij: qui ab. f. ad ferio. Modus aūt reductionis declaratur per duos versus.

¶ Unde versus. Simpliciter verti vult. s. p. vero per acci. m. vult transponi. c. vero per impossibile duci. Ex predictis sequitur ꝙ nullus syllogismus constat ex omnibus ꝑticularibꝫ: nec ex omnibus negatiuis: ⁊ si altera premissarum fuerit particularis: vel negatiua. ⁊ cōclusio similiter erit particularis vel negatiua. Et hec de syllogismis dicta sufficiant.

Notandum pᵐ

Aduerte primo ꝙ isti versus declarantur sic ꝙ vbicūq; ponitur. s. in his dictionibus: datur intelligi ꝙ propositio intellecta per vocalē immediatē precedentem: debet conuerti simpliciter. ⁊ per. p. debet conuerti per accidens. ⁊ per. m. ꝙ fiat transpositio in premissis: ita ꝙ maior fiat minor. ⁊ ecōuerso per. c. ꝙ reducatur per impossibile: est enim reductio per impossibile quando ex opposito conclusionis cum altera premissarum infertur oppositum alterius premisse: ⁊ est gñalis modus per quem phs ꝓbat in pmo prioꝝ quēcūq; syllm esse bonum: hoc clare patet in textu.

Ca. 8.

Notandum 2ᵐ

¶ Aduerte tñ vnum circa modos figuraꝝ: vt dicit Boeti. in cathegoricis suis quatuor pmos modos in prima figura: in analethicis suis posuit Arist. ¶ Ceteros quoq; Theophrastus ⁊ Eudenus addiderunt qbus Porphyrius vir grauissime auctoritatis visus est consensisse oēs modos scđe figure ⁊ tertie posuit ēt Ari. in analethicis suis. i. in liᵒ prioꝝ. Salua tñ reuerentia Boe. phs posuit. Fapesmo frisesomoꝝ in ꝑ priorum. Dicit. n. cum aūt pdicatiuus ⁊ puatiuus ⁊ vlr̄ sunt ptus puatiuus semp fit syll's mioris extremitatis ad maiorem. imo addit. Silr̄ aūt ⁊ in alijs figuris ex quo patet manifeste: ꝙ phs posuit duos modos ꝯcludētes indirecte in pᵃ figura et vnum modum ꝯcludētem indirecte in scđa figura: vt fisesmo: ⁊ vnum in tertio: vt fiseson contra Boetium.

Notandum 3ᵐ

¶ Aduerte vlterius pro maiori doctrina syllogismoꝝ: ꝙ quedā sunt cathegorici: qdam hypotetici. Cathegorici sunt illi qui ꝯstant ex ꝓpositionibus cathegoricis: hypothetici ꝟo q ꝯstituunt̄ ex hypotheticis. Syllogismoꝝ cathegoricoꝝ qdam sunt de inesse: qdam modales. Syllogismi de inesse sunt illi qui ꝯstituunt̄ ex ꝓpositionibus de inesse. Modales ꝟo qui ꝯstituunt̄ ex ꝓpositionibus modalibus. Syllogismoꝝ de inesse qdam sunt ostensiui: qdam sunt ad impole. Syll's ostensiuus est qui continet totum vnū discursum: ex pmissis. s. duabus concludens vnā ꝯnem: vt ois homo currit tu es hō ergo tu curris. Sill's ad impole est ille qui continet duos discursus pncipaliter. s. vnum a premissis ad ꝯnem alium a contradictorio ꝯnis ad ꝯdictorium alterius premisse vt dicēdo. ois homo est aial: ois hō est lapis. ergo ois lapis est animal: sed aliqs lapis non est aial. ergo aliqs lapis non est homo. In sūma ergo sunt quatuor diuersitates syll'orum. s. osiui ad impole: modales ⁊ hypothetici apō modernos. licet Arist. multa plura genera syll'orum ponat in lib. prioꝝ. vt in regulares conuersiuos ex oppositis. ⁊ alia multa que patent legenti librū illum. Magister aūt solum de ostensiuis determinat breuiter. Si aūt deo placebit faciem tractatum breuissimum. in quo illa genera syllogismorum narrabo. Et sic est finis tractatus summularum ad laudem dei ⁊ beate Uirginis.

Rubrica

Notandum pᵐ

Circa hoc caplm notandū est primo: ꝙ syllogismus capitur tripl'r. vno modo capit̄ syll's: vt dicunt isti formaliter sicut ēt ly propositio. ⁊ ly consequentia. ⁊ sic syllogismus non est nisi quidam actus. i. operatio intellectus discursiuus per quam intellectus ex copulatiua duarum premissarum in modo ⁊ in figura infert conclusionem. ⁊ sic syllogismus est quoddam sincathegorematicum ⁊ incomplexum. quia est nota rationis tāntum. Secundo modo capitur syllogismus pro aggregato ex copulatiua duarum partium ⁊ conclusione cum nota rationis in modo ⁊ figura: ⁊ isto modo sumit̄ syllogismus materialiter. Tertio modo sumitur syllogismus pro copulatiua ex duabus premissis tñ que antecedit notā rōnis. ⁊ isto modo omnis syllogismus est ꝓpositio copulatiua. ⁊ non ecōuerso. Et de isto locutus est Aristoteles in libᵒ prioꝝ dicens. ꝙ potestas sylli est plura concludere. i. due premisse possunt plures ꝯclusiones ꝯcludere. Exemplū. iste due ois homo currit. omne rationale est homo. possunt concludere istam. oē rationale currit. Et istam

Notandum 2m

etiam. aliquod rationale currit. vt patet. ¶ Secundum
notandum ꝙ hic diffinitur. ly sylo scdo modo sumptus.
⁊ est terminus secunde habens duo significata. ⁊ non dif
finit pro se: sed pro suis significatis psonalibus que signifi
cata sunt quedam propositiones rationales que in logi/
ca sunt hypotetice: ⁊ non distinguuntur a conditionali/
bus.

Notandum 3m

¶ Tertio notandum. ꝙ sua descriptio intelligitur
sic. Syllogismus est oratio in qua positis in modo: ⁊ in
figura ⁊ concessis quibusdam vt duabus propositioni/
bus. i. si ponantur ⁊ concedantur due propositiones pre
misse: necesse est aliquid aliud euenire per ea que posita
sunt: ⁊ concessa. i. necesse est per viam consequentie ter/
tiam propositionem: que est conclusio sequi: ⁊ bene ad/
uertentem illam saltem mente concedere: vt si concedan
tur iste. omnis homo est asinus. ⁊ tu es homo: supposita
debita aduertentia ⁊ intellectione concedetur etiam ista
tu es asinus.

Notandum 4m

¶ ¶ Quarto notandum. ꝙ omnis syllogi
smus constat ex tribus propositionibus scilz maiore: ⁊
minore ⁊ conclusione. Et ex tribus terminis: capiendo
terminum non generaliter: sed pro termino cathegoreu/
matico. qui est subiectum vel predicatum: quorum termi
norum. quilibet bis reperitur. ⁊ ille qui reperitur ante cō
clusionem est medius terminus: ille autem qui est cū me
dio termino in maiori propositione est maior extremitas
⁊ ille qui est cum eodem in secunda propositione est mi/
nor extremitas. vt patet in textu.

Contra diffōnez sylli arguit p.

¶ Contra diffinitionez
syllogismi. Arguitur primo sic. hec competit alteri a dif/
finito. igitur non est bona. consequentia tenet. ⁊ antece/
dens probatur. Et capio istam consequentiam scilz om/
ne animal ⁊ corpus. ⁊ sor. est homo. igitur sor. est corpus.
⁊ arguitur sic. ista consequentia nō est syllogismus. quia
non est ex tribus terminis tantum. sed quatuor. ⁊ tamen
ei cōpetit diffinitio syllogismi: quia est oratio in qua po/
sitis ⁊ concessis. necesse est ⁊c.

Arguit scdo

¶ Secundo arguitur sic: et
subordinetur ly a vni syllogismo. ⁊ sequitur ꝙ ly a. est syl
logismus. ⁊ tamen non est oratio. in qua quibusdam ⁊c.
igitur diffinitio mala.

Arguit tertio

¶ Tertio arguitur contra figuras
probādo ꝙ sunt quatuor: argumento. magistri: quia iste
syllogismus. Omnis homo est animal. Et omne animal
est substantia. igitur omnis homo est substantia. est bo/
nus. ⁊ non est in aliqua figura. vt patet discurrendo igi/
tur ⁊c.

Arguit qrto

¶ Quarto arguitur contra modos. quia iste syl/
logismus est in prima figura. omne animal est substātia.
omnis homo est animal. igitur aliquis homo est substan
tia. ⁊ tamen non est in aliquo modo. vt patet. igit ⁊c. Sz
forte dicitur ꝙ est in baralipton. Cōtra quia baralipton
concludit indirecte. ⁊ iste directe. vt patet.

Ad pm

¶ Ad primuz
respondeo negando ꝙ hec diffinitio competat alteri a
diffinito. Et ad probationem conceditur ꝙ illa ꝯsequen
tia assumpta non est syllogismus. ⁊ negatur ꝙ ei compe
tat diffinitio syllogismi. quia diffinitio syllogismi non est
oratio: in qua quibusdam positis ⁊ concessis: necesse est
ad aliquid euenire: sed ista oratio in qua quibusdam po
sitis: ⁊ concessis in modo ⁊ in figura necesse est ⁊c. quali/
ter non est in consequentia data. quia ipsa non ordinatur
in figura. ⁊ sic patet solutio.

Ad 2m Ad 3m

¶ Ad secundum patet solu
tio ex dictis supra. ¶ Ad tertium dicit magister: ꝙ ille
syllogismus est in prima figura. ⁊ sic non datur quarta fi
gura. vnde syllogismus prime figure secunduz magistruz
est quando illud quod est subiectum in prima est predi/
catum in secunda. vel econuerso. ⁊ sic est in isto. ideo est
prime figure. ⁊ in barbara.

Contra rñsionē arguit p

¶ Sed contra magistruz ar/
guitur dupliciter. primo sic. sequitur ꝙ syllogismus fa/
ctus in barbara concluderet indirecte. consequens con/
tra ipsum. ⁊ consequentia. patet de silogismo dato quez
dicit esse in barbara.

Arguit scdo

¶ Secundo ⁊ fortius arguitur sic:
quia data sua respō. sequitur ꝙ iste syllogismus est bō
nus scilz omne animal est substantia. ⁊ aliqua substan/
tia est lapis: igitur aliquis lapis est animal consequens
falsum. quia premisse sunt vere. ⁊ conclusio falsa ⁊ conse
quentia probatur: quia esset in darij cum seruetur secun/
dum ipsum ordo prime figure. ⁊ sint ibi cetera requisita.

Ad 4m

¶ Ad quartum etiam dicit magister: ꝙ ille syllogismus
est in barbara mediate. quia ille due premisse. omne ani/
mal est substantia ⁊ omnis homo est animal imediate cō
cludunt istam. omnis homo est substantia. ex qua sequi/
tur ꝙ aliquis homo est substantia. ideo ille syllogismus
est in barbara mediate.

Contra rñsionē arguit

¶ Sed contra magistrum argui
tur. quia istud non soluit: quia queratur an esse in barba
ra mediate facit vnum moduz distinctum a barbara. vel
non si primum igitur dabuntur plures modi in prima fi/
gura qz nouē. si secundum. igitur baralipton non erit mo
dus distinctus a barbara. quia premisse in barbara con/
cludunt mediate conclusionem baralipton. vt videbitur
statim infra. ⁊ generaliter nullus modus reducibilis: ad
quatuor prime figure: preter baroco ⁊ brocardo faceret
modum distinctum ab illis: quia premisse in barbara cō
cludunt mediate conclusiones illorum modorum. vt pa
tebit infra. ⁊ sic non essent nisi quatuor: aut ad plus sex
modi in his tribus figuris. quod est contra illuz. Et ideo
credo ꝙ melius esset ponere plures figuras ⁊ plures mo
dos qz posuerit magister: sicut posuit Pe. Man.

Alia rñsio ad 3m ⁊ 4m. Petitio prima. Rñsio

¶ Sed
hic sunt quinqz petitiones prima: que sunt seruanda ad
videndum bonitatem: aut falsitatem syllogismi. Respon
deo. ꝙ oblato syllogismo ⁊ visis premissis veris ⁊ con/
clusione falsa. statim dicendum est ipsum non esse bonuz.
⁊ ꝙ non est in modo ⁊ figura qzticūqz tibi appareat. ⁊ p
cognoscenda eius fallacia habes notare multa que pos/
sunt esse causa erroris.

Notandum pm.

¶ Primo aduerte si in syllogismo
tuo: sit casus obliquus. ⁊ reducas ad rectum: quo facto
patebit error istius syllogismi: qui apparet in darapti. cu
iuslibet hominis asinus currit: ⁊ cuiuslibet hominis asi/
nus quiescit. igitur quiescēs est currens. dicitur enim ꝙ
non est bonus. ⁊ ꝙ premisse in casu isto ꝙ quilibet homo
habeat duos asinos. vnum currentem ⁊ alium quiescen/
tem sunt vere. ⁊ conclusio falsa. ⁊ causa erroris est. quia
maior extremitas non predicatur de minori in conclusio
ne. vt patet reducendo sic. quilibet homo est homo cuius
asinus currit: ⁊ quilibet homo est homo cuius asinꝰ quie
scit. ex quibus concludi debet. igitur homo cuius asinus
quiescit est homo cuius asinus currit: patet etiam falsi/
tas istius. in qualibet ciuitate est lapis: tu es in ciuitate.
igitur tu es lapis: dicitur enim ꝙ plus predicatur in mi/
nori: quam subijciatur in maiori: vt patet resoluendo sic.
Quelz ciuitas est ciuitas in qua est lapis. ⁊ tu es in ciui
tate. igitur tu es in ciuitate. ⁊ sic est plus pro pdicato mi/
noris: sed minor deberet esse ista. ⁊ tu es ciuitas. Tertio
patet error. istius cuiuslibet contradictionis altera pars
est vera. homo est asinus. est cōtradictionis altera pars.
igitur homo est asinus est vera. dicitur enim ꝙ plus pre/
dicatur in minori quam subijciatur in maiori: vt patet re
ducendo ad rectum. ¶ Quarto patet error istius. cuiusli
bet hominis asinus currit. brunellus est asinus hominis.
igitur brunellus currit. quia dicitur ꝙ plus predicatur
in minori quam subijciatur in maiori. ⁊ sic etiam de mul
tis dicere poteris.

Notandum 2m

¶ Secundo aduerte si in syllogismo
sit verbum adiectiuum: ⁊ quia tale posset esse causa erro
ris reducas ad substantiuū. ⁊ sic patet ꝙ iste syllogismus
non est bonus. qui apparet in celarent. Nullum rudibi/
le differt ab asino. omnis homo differt a rudibili. igit nul
lus homo differt ab asino. Similiter ⁊ iste alius. nullus
denarius valet argētuz. oia. florenus valet denariū. igit

nullus florenus valet argentum. sunt enim premisse ve/
re: et conclusiones false. Et hoc ideo quia plus predicat
in minori q̃3 subiiciat in maiori. q2 in prima maiori sub/
iectum est ly rudibile. et predicatum minoris: ly differẽs
a rudibili: vt patet resoluendo. s3 deberet sic argui. Nul/
lum rudibile est differens ab asino. et omnis homo est ru
dibilis. igitur nullus homo est differens ab asino. et mi/
nor erit falsa. et similiter de secundo syllogismo dicatur
et consimilibus. ¶ Tertio respice si in premissis aliquis
terminus stet naturaliter et in conclusione personaliter
aut econuerso. et per hoc patet q syllogismi infrascripti
non erunt boni. et premisse erunt vere. conclusiones fal/
se eo q minor extremitas in minori stabit materialiter. et
in conclusione personaliter. syllogismi sunt isti. Omne no
men est ens. chimera est nomen. igitur chimera est ens.
Sed deberet concludi. igitur ly chimera est ens. Simi/
liter nullum nomen est animal. homo est nomen. igitur
homo non est animal. Omne nomen est non homo. ho/
mo est nomen. igitur homo est non homo. Omne signifi/
cans est. chimera est significans. igitur chimera est. simi/
liter et isti infrascripti non erunt boni: quia econuerso mi/
nor extremitas stabit in minori personaliter. et in conclu
sione materialiter. Exemplum. Nullum animal est spe/
cies. homo est animal. igitur homo non est species. Si/
militer nullu3 sensitiuũ est genus. animal est sensitiuu3.
igitur animal non est genus et sic de infinitis dicere pote/
ris. ¶ Sed si voles recte concludere iunge subiectis con
uersionum signum personalitatis sic. vt dicas igitur ali/
quis homo non est species: vel aliquod animal nõ est ge
nus. ¶ Quarto. caue ne termini stent ampliatiue in pre
missis et conclusione non: aut econuerso. et sic videbis q
iste syllogismus non est bonus. Quicquid heri vidisti:
nunc tu vides. sed laycum heri vidisti. igitur laycum nũc
vides. et hoc quia laycum in minori stat ampliatiue. et nõ
in conclusione. et premisse sunt vere. posito q heri vide/
ris solum sortem qui tunc erat laycus. et nunc videas so/
lum eundem qui sit papa. et conclusio est falsa: sed debet
concludi. igitur illum qui est vel fuit laycus tu vides si/
militer nec iste est bonus. omne preteritum est. Ada3 est
preteritus. igitur Adam est. similiter nec iste. omne signi
ficatum est. chimeram esse est significatum. igitur chime/
ram esse est. et hoc quia termini in minori stant ampliati/
ue. et non in conclusione. quando etiam terminus in con
clusione staret ampliatiue et non in premissis non valet
syllogismus. et propter hoc nõ valet iste. Nihil quod est
animal fuit in archa. Noe. omnis homo est animal. igi/
tur nullus homo fuit in archa noe et premisse sunt vere:
et conclusio falsa. sed debet concludi. igitur nullus homo
qui est fuit in archa Noe. similiter nec iste valet. Omne
quod currit curret: omnis homo currit. igitur omnis ho
mo curret. quia premisse in isto casu scil3 q omnis homo
qui est currat. et curret per horam. deinde cras nascatur
sor. qui nunquam curret sunt vere. vt patet et conclusio
falsa. quia significat q omnis homo qui est vel erit cur/
rit. quod est falsum pro sorte. Similiter nec iste valet. om
ne disputans est disputaturum. omnis homo est dispu/
tans igitur omnis homo est disputaturus. et hoc patet in
casu simili. et est. quia ly. homo in cõclusione stat amplia/
tiue et non in premissis: et sic de multis dicere possumus.
¶ Quinto. caue ne esset ibi aliqua premissarum nõ quã
ta. et sic patet falsitas huius. omnis homo est animal. tan
tum risibile est homo igitur: tãtum risibile est animal. Si
militer patet defectus huius. omne quod est sor. differt
a capra solus seu tantum. sor. est sor. igitur solus sor. dif/
fert a capra. sunt enim premisse vere et conclusio falsa: et
minores non sunt alicuius quantitatis. ista etiam non va

Notandum 3m

Notandu3 4m

Notandũ 5m.

lebit. Nullo homine currente nullum risibile currit. sed
sor. est homo currens: igitur sor. currente nullum risibile
currit. et hoc ideo: quia maior non est quanta nec vniuer
salis: quia subiectum non stat distributiue mobiliter q̃d
requiritur ad vniuersalem. Sunt etia3 et alie regule par
ticulares: sed poteris ex te cognoscere: quarum vna est
q minor in prima figura non debet esse negatiua: et sic nõ
valet ista omnis homo est animal: brunellus non est ho/
mo. igitur brunellus non est animal. et non mirum: quia
non est in modo. similiter est alia regula scil3 q in syllo/
gismo debet esse aliqua vniuersalis. et hoc voluit Aristo
teles dicens: q syllogismi regulantur per dici de omni
vel de nullo. i. in eis debet esse vniuersalis affirmatiua:
aut negatiua. et sic non valebit ista. tu querebas aliquem
homine3: et sor. erat homo. igitur tu querebas sorte3 etc.
sed bene valebunt omnes isti. Quicquid emisti comedi
sti: carnes crudas emisti. igitur carnes crudas comedisti.
Similiter quicquid predicatur in a. predicatur in b. da/
to q a. sit ista. asinus est asinus. Et b. ista: homo est asinus:
sed idem de seipso predicatur in a. igitur idem de seipso
predicatur in b. similiter. quicunq3 dicit te esse animal. di
cit verum. et quicunq3 dicit te esse asinum. dicit te esse ani
mal. igitur quicunq3 dicit te esse asinum dicit verum. Et
in primo premisse et conclusio sunt vere. quia ly carnes
crudas. stat ampliatiue. et in secũdo maior est falsa: et mi
nor est falsa duplici de causa vt consideranti patebit. et in
tertio minor est falsa. Nam sensus illius minoris est: q
quicunq3 dicit illam tu es asinus. dicit etiam istam. tu es
animal. quia ly dicit. limitat ad suppositionem materia/
lem. quod etiam contingebat de ly predicatur in minori
secundi syllogismi: nec hoc est fugere argumentum s3 sol
uere: donec ille detegat errorem suum: sed de hoc forte di
cetur infra. ¶ Secunda petitio: quid est dicere q omnes
modi incipientes a b. reducuntur ad barbara. Respon/
deo. q duplex est syllogismus. perfectus et imperfectus.
Perfectus est ille cuius bonitas statim intellectis termi
nis est nota nobis bene aduertentibus sic q intellectus
noster naturaliter inclinatur assentire illi. et iste erit om/
nis syllogismus factus in vno ex quatuor primis modis.
prime figure. Imperfectus autem est ille qui bonus est
sed eius bonitas non est nobis multum euidens. et hu/
iusmodi sunt omnes syllogismi facti in alijs modis ab il
lis quatuor. Reducere igitur syllogismum: nil aliud est
quam per syllogismum perfectum: qui fiet in vno q̃tuor
modorum ostendere bonitatem syllogismi imperfecti.
Exemplum in prima figura. Iste syllogismus est bonus.
Omne album est coloratum nullum nigrum est album.
igitur coloratum non est nigrum. et si debet ostendi eius
bonitas ostenditur reducendo ad syllogismum in ferio.
Procuius et aliorum reductione suppono istas regulas.
Quicquid sequitur ex consequẽte consequentie bone se
quitur etiam ex antecedente. patet a Strodo. ¶ Secun
da. a conuersa ad conuertentem simplicem valet conse/
quentia. patet: quia sequitur. homo est animal. igit ani/
mal est homo. ¶ Tertia. a conuersa per accidens. que
est vniuersalis ad conuertentem: valet consequentia. pa/
tet. quia sequit. omnis homo est animal. igitur aliquod
animal est homo. ¶ Quarta: quando ex contradictorio
consequentis cum aliqua premissarum sequitur contra/
dic^{m} antecedentis: illa consequentia est bona. Quibus
stantibus ostendo bonitatem predicti syllogismi: et sumo
istas duas premissas. Omne album est coloratum: et nul
lum nigrum est album. Et arguitur q ex his sequitur q
coloratum non est nigrum: quia sequitur. omne album
est coloratum. et nullum nigrum est album. igitur nullu3
albũ est nigrũ. et aliq̃d coloratũ est albũ igit aliq̃d colora

Petitio secunda

Duplex est syllo perfectus et imperfectus.

1a suppõ
2a suppõ
3a suppõ
4a suppositio

tum non est nigrum. Tunc sic. ex premissis primis sequuntur alie due tanq̄ a conuersis ad ↄuertentes. ⁊ ex illis sequitur illa conclusio in ferio: qui est syllogismus tibi notus: ⁊ quem tu non negares. ⁊ quicquid sequitur ex consequente sequitur ex antecedente. igitur illa eadem conclusio sequitur ex premissis duabus primis. ⁊ ille fuit syllogismus in fapesmo. igitur syllogismus factus in fapesmo est bonus: ⁊ sic per syllogismum in ferio ostendo bonitatem syllogismi in fapesmo. Simili modo reduces syllogismum secunde figure. Exemplum. iste syllogismus est in camestres. omnis homo est animal. nullus lapis est animal. igitur nullus homo est lapis. ⁊ est bonus ⁊ eius bonitas ostenditur per syllogismum factuꝫ in cesare. sic. quia capio illas duas premissas. s. omnis homo est animal. nullus lapis est animal. Et probo ꝙ sequitur ex illis ista conclusio. nullus homo est lapis: quia sequitur. omnis homo est animal. ⁊ nullus lapis est animal. igitur nullum animal est lapis. ⁊ omnis homo est animal. igitur nullus homo est lapis. Tunc sic: ex duabus primis premissis sequuntur alie due. vt patet: quia nihil ibi mutatur nisi ꝙ vna conuertitur simpliciter: ⁊ ex illis alijs sequitur illa conclusio in celarent: ⁊ quicquid sequitur ex ↄsequente sequitur ex antecedente. igitur illa vltima conclusio sequitur ex premissis primis. ⁊ ille fuit syllogismus in camestres. igitur per syllogismum in celarent: qui est tibi notus ⁊ euidens: ⁊ quem tu non negares ostenditur bonitas syllogismi facti in camestres. simili etiam modo reduces syllogismum tertie figure.

Petitio tertia Responsio

¶ Tertia petitio. quid est baroco ⁊ brochardo reduci ad barbara per impossibile. Respondeo. ꝙ est ostendere bonitatem istorum syllogismorum: ex eo ꝙ argumentando a cōtradictorio cōsequentis cum vna premissarum sequitur oppositum alterius premisse in barbara. ⁊ sic sequitur contradictio. Exempluꝫ omnis homo est animal. lapis nō est animal. igitur lapis non est homo. iste syllogismus est in baroco ⁊ est bonus: quod probo. quia si non: igitur stat ꝙ antecedens sit verum ⁊ consequens falsuꝫ. ponatur igitur in esse ⁊ deduco contradictionem per syllogismum factum in barbara: quia sequitur. antecedens predicti syllogismi est verum. ⁊ consequens falsum. igitur illa minor est vera. s. lapis nō est animal. Sed arguitur ꝙ etiam sua cōtradictoria sit vera. quia si antecedens predicti syllogismi est verum. ⁊ consequens falsuꝫ. igitur illa maior. s. omnis homo est animal. est vera. ⁊ etiam oppositum consequentis verum. s. quilibet lapis est homo. Sꝫ ex his duabus. s. omnis homo est animal. ⁊ qlibet lapis est homo: sequitur ꝙ quilibet lapis est animal in barbara. igitur ista. quilibet lapis est animal. esset etiam vera: tenet consequentia. quia ex vero non sequitur nisi verum. Et ita sequitur negato syllogismo in baroco: ꝙ duo contradictoria sunt simul vera: quod est impossibile. Et ita per barbara ostenditur eius bonitas. Simili modo dicatur de brocardo.

Petitio quarta Responsio

¶ Quarta petitio. An omnes modi incipientes a b. reducantur ad barbara ⁊ a c. ad celarent. Respondeo. ꝙ non: quia iste omnis asinus est rudibilis. ⁊ sortes non est rudibilis. igitur sortes non est asinus. qui est in baroco. non potest reduci ad barbara. vt patet quia erunt ibi due singulares. Sed sufficit quod reducatur per impossibile ad aliquem moduꝫ prime figure. Et sic est. quia reducitur ad darij. sic. omnis asinus est rudibilis. que fuit maior. Sortes est asinus. que est oppositum conclusionis. igitur sor. est rudibilis: qđ est oppositū minoris.

Petitio quinta Responsio

¶ Quinta petitio. An omnes modi imperfecti possint reduci per impossibile ad aliquem illorum quatuor. Respondeo. ꝙ omnes poterunt sic reduci. vt patebit volenti inquirere. quia semper ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis.

¶ Incipit tractatus suppōnum.

Suppositio est acceptio termini in ꝓpositione pro aliquo: vel pro aliquibus. Exemplum primi. tu es. Exēplum secundi. ego ⁊ tu sumus. In prima supponit solum pro aliquo. in secunda pro aliquibus. Et notanter dicitur in propositione: quia extra propositionem non supponit terminus: licet tamē significet. vnde ly homo ita significat extra propositionem sicut intra. Nunq̄ tamen supponit nisi existat pars propositionis.

Notandum pᵐ Suppó 4ʳ sumit

Suppositio quadrupliciter accipitur. Uno modo prout est idem quod propositio indemōstrabilis non demōstrata in scientia in q̄ est. Suppositio dicens esse vel non esse ad differentiam diffinitionis que non dicit esse non esse. vt omne totum est maius sua parte. Se ab equalibus equālia demas remanentia sunt equalia. Alio modo suppositio accipitur prout est genus in predicamento relationis ⁊ sic dicitur ꝙ sunt tria genera subalterna relationis: scilꝫ superpositio: suppositio: ⁊ equiparentia. Alio modo accipitur suppositio prout idem est quod positio termini sub alio termino. Et sic in quolibet predicamento est suppositio: quia in quolibet predicamento est aliquis terminus positus sub alio: vt homo supponiť animali. ⁊ animal supponit hominem actiue. Quarto modo accipitur suppositio ꝓut est proprietas termini existentis extremi propositionis: ⁊ sic accipitur in proposito: ⁊ suppositio sic accepta non est nisi positio termini sub alio. i. pro alio in propositione. s. ꝓ suo significato tres. n. poniť ꝓ significato in ꝓpositione: ⁊ capitur ly sub ꝓ ly pro hoc vide ample contra suppositiones.

Notandum 2ᵐ Declaratio diffōnis suppōnis

stoli sunt apl̄i dei. adhuc illa est vera. q̄a illa sua ꝯdictoria est falsa. s. plura entia q̄z duo apl̄i ⁊c̄. q̄a exquo ꝑ p̄missum infinita entia sunt duo apl̄i dei tenēdo ꝙ totū sit sue ptes collectiue ⁊c̄. ⁊ oporteret ꝙ plura entia q̄z infinita essent apl̄i dei q̄ꝺ est falsum. cum infinita nō sint plura infinitꝭ. Silr̄ ꝓbant̄ oēs alie. Sed si velles tenē cum opinione q̄ vult ꝙ tales ꝓpōnes non ꝓbent̄ ꝑ ly plura entia. sed ꝑ ly plures vt sic sumat̄ scd̄a ꝓpō. ⁊ nō plures q̄z duo aposto li sunt ⁊c̄. tunc assignate ꝓpōnes essent false. vt pz. ⁊ tūc sic dōo oporteret tenē cōtra Pe. Man. ꝙ arguēdo ab i/ feriori ad suum supius a parte subri dictiōe exclusiua ad dita subiectis nō valz argu^m in numero plurali. lz valeat in singulari. ¶ Concedit̄ etiā a Pe. Mā. ꝙ p̄cise est vnꝰ apostolus dei. q̄a exquo illa est in singulari numero ex/ ponit̄ ꝑ hanc exponētem. nihil non vnus apostolus est apostolus dei. q̄ vera est. vt pz. ¶ Si tamē velles tenere ꝙ quādo talis ꝓpositio in singulari numero habz subm̄ terminū numeralē aut īportātē p̄ncipiū numeri esset ꝓ/ bāda per causas v̄itatis: sicut etiā ꝓpositio pluralis nu/ meri. tunc illa esset cōcedēda sm̄ Pet. Man. ⁊ etiam sm̄ aliaz opionē. q̄a etiam illa esset v̄a. non plures apostoli q̄z vnꝰ sunt apostolus dei. sua enim cōtradictoria est fal/ sa rōne p̄dicati existētis in singulari nūero. q̄a si hec esset v̄a. scd̄a exponēs illa. s. ⁊ nō plures apl̄i q̄z vnus aposto/ lus est apostolus dei esset falsa. vt pz tenēdo ꝙ hec sit fal sa. plures hoīes sunt vnus. lz Pe. Man. illam cōcedat. Alit̄ tenēdo hoc vltimū dictum habes limitare p̄us dc̄ā de exclusiua in singulari numero. q̄a illa intelligit̄ dum/ modo subm̄ non importet numerū aut p̄ncipiū numeri. ¶ De illa ꝓpōne tm̄: tm̄ exclusiuum est exclusiuum. vide Pau. vene. in p̄mo dubio q̄drature in 7°. p̄ncipali. vide etiam Pe. Man. in cap̄ ꝓprio. verum etiam valz argu^m ab exclusiua ad suā vl̄em. vide Pe. Mā. in loco allega/ to. vide et̄ Pau. ve. i p̄mo. dubio q̄drature in. 18. 42. 41. p̄ncipalibꝰ. ¶ Nota etiā causam q̄re q̄n negatio nō pre ponit̄ dictioni exclusiue hēat tunc propositio exponi mo do tacto a Pau. in textu. nā exquo remanet dictio exclu siua non negata exigit ꝓpō ꝓbōnē respectu illius. iō ⁊c̄. ¶ Causa autē quare quādo negatio p̄ponit̄ exclusioni in p̄mo ordine ⁊ scd̄o nō exponit̄ ꝓpositio. sed ꝓbat̄ per causas v̄itatis ꝯdictorias exponētium affirmatiuarum vel earū in q̄bus negatio p̄ponit̄. causa inquā est illa. nā cum copulatiue affirmatiue ꝯdicat disiunctiua formata de partibus oppositꝭ ⁊ exclusiua affirmatiua vel in q̄ ne/ ga°. postponit̄ exponat̄ per copulatiuam formatā ex ex/ ponētibus. Ideo sua cōtradictoria ꝓbat̄ ꝑ disiunctiuam formatā ex ꝯtradictorijs exponētium illarū: cum aūt ad v̄itatē disiūctiue affirmatiue sufficiat vnam partē esse ve rā. ideo ille ꝓbantes ꝓpōnes vocant̄ cause v̄itatis. ⁊ sic non est opus ambas illas ꝯdictorias esse v̄as. sed suffic̄ vnam illarum esse veram. merito ergo nō dicūtur expo/ nētes. sed cause v̄itatꝭ. ⁊ ex hoc fundamēto habes cām: q̄re non valet arg^m. hoc curret ⁊ hoc est nō currēs. g̊ non currēs curret. nam ly nō currens in illa ampliat̄ ad sup/ ponēdum pro eo q̄ꝺ nec est nec erit currēs nam dicimus sm̄ opinionē cōmunem ꝙ subm̄ istius nō currēs curret ampliat̄ pro eo q̄ꝺ nō est vel non erit currēs. ꝙ disiūctū sic negatū equalet copulato affirmato de ptibꝰ oppositꝭ. Sic̄. n. copulatiua nega^{ta} ꝯdic̄ disiūctiue affirmatiue de ptibus oppositis. ⁊ eꝯ. negatiue disiūctiue ꝯdicit affirma tiua copulatiua de ptibꝰ oppositis. ita de copulato ⁊ di/ siuncto suo mō dicēdum est. ¶ Et ꝑ h̄ pz solō dium rōnum q̄ bus solēt ꝓbari. ille exclusiue. nō currens curret. non hō erit hō. non sor. erit sortes. nō albū erit albū vl̄i minor p̄ dicari argumētī supius formati debuit esse hec. ⁊ h̄ nec ē nec erit currēs. vel hoc nō est vel erit currēs. Ita tm̄ ꝙ ne

gatio cadat supra totū disiūctū: ⁊ tūc illa sic sumpta. s. mi nor implicat cum prima. ⁊ sic dicas de alijs suo mō ⁊c̄.

Circa caplm̄ exceptiue ꝓpōnis aduertēdū est p̄mo ꝙ lz nō ita coiter dicat̄ ⁊ distinguat̄: possumꝰ tamē in ꝓposito distinctionē hāc ponē ꝙ aliq̄ est excepti ua p̄mi ordinis ⁊ aliq̄ scd̄i. Exceptiua p̄mi ordinis est il/ la cuius ꝓbatio incipit. a dictiōe exceptiua: vel cuiꝰ ꝯdi/ ctoriū sic ꝓbat̄: exēplum vt dōo: oīs hō p̄ter sort. currit: nullū aial p̄ter hoīem intelligit: nō oē aial p̄ter asinuz est irrōnale. Exceptiua aūt scd̄i ordinis est illa cuius ꝓbō in cipit ab alio signo q̄z ab exceptiua dictione: vt dōo: oīs hō videt oēm asinū p̄ter brunellū: tu incipis scire oēm ꝓ positionē p̄ter. a. ⁊c̄. ¶ Premissa distinctiōe dico ꝙ pau. p̄nc̄ itēdit de exceptia p̄°ordis. Exceptiuā aūt 2° ordinis ꝯsiderat isto mō ꝙ facta ꝓbōne ꝓpōnis talis ꝑ p̄mos ter minos ꝓbabiles includit illa tandē aliquā exceptiuā p̄/ mi ordinis ꝓbādam mō declarato: vt dōo: oīs hō videt oēm asinū p̄ter brunellū: ꝓbat̄ sic: q̄a vl̄is affirmatiua ꝑ hanc suā p̄iacētem: hō videt oēm asinū p̄ter brunelluz q̄ in hanc resoluit̄: hō videt oēm asinum p̄ter brunelluz: ⁊ vltimo loco illa tandē ꝓbat̄ rōne dictionis exceptiue: vt sic: hō non videt brunellū: ⁊ hō videt oēm asinū nō bru/ nellū: g̊ ⁊c̄. Sed illa nō est p̄ncipalis probatio p̄me ꝓpō nis. Sed a p̄mo ad vltimū deuenimꝰ in eandē ꝓbationē. Pau. g̊ dicēs exceptiuā eē ꝓbandā mō dicto ⁊c̄. Intelle xit mediate vel imediate: ⁊ illa distinctio posita hz veri/ tatē non solū de exceptiua ꝓpria: sed etiā de impropria. Quid sit exceptiua ꝓpria declarat̄ a paul. in textu: ⁊ de hac paulopost dicet: pro hac distintione vide pau. ve. in quarto dubio q̄drature in. 24° p̄ncipali. ¶ Nota vlteri/ us ꝙ in ꝓpōne exceptiua p̄mi ordinis ꝓbabili p̄mus ter minꝰ ꝓbabilis est dictio exceptiua: ⁊ ex illo loco hēs nō esse vl̄r verū ꝙ a p̄mo termino ꝓpōnis sit inchoāda pro pōnis ꝓbatio: dōo. n. oīs hō p̄ter sor. currit: talis nō pri/ mo ꝓbatur ratiōe illius termini. omnis aut ratione illi/ us termini: homo: sed ratione dictionis exceptiue sequē tis: ideo dicitur ꝙ ad ꝓbationez talis ꝓpositionis dictio exceptiua est vl̄r p̄mus terminꝰ: ideo dr̄ ꝙ a p̄mo termi/ no vl̄r talis est inchoanda ꝓpōnis ꝓbatio. ¶ Nota vlte rius ꝙ exceptiua ꝓpō merito ꝓbat̄ per negōnē infinitā/ tē: nō autē per moduz alietatis aut dīie: q̄z in casu staret exponētes esse veras exposita existēte falsa ꝓbat̄: ponat̄ n. ꝙ in. a. tpe nihil est hō p̄ter sor. in q̄ tpe curret sor. ⁊ p̄/ terea currēt hoīes qui gn̄abunt̄ post mortē sortis: ⁊ po/ nat̄ ipsum mori in fine. a. tēporis: quo posito illa exponē da ꝓpō manifeste est falsa. s. nullus hō p̄ter sor. curret: ⁊ tm̄ illa p̄ma exponēs est v̄a: sor. curret. etiā scd̄a exponēs eēt v̄a si sumeret̄ cū nota alietatis. s. nullus hō aliꝰ a sor. curret: sua. n. ꝯdictoria est falsa: ⁊ ꝑ h̄ habes ꝙ illa ꝓpō. a nullo nisi a capra ⁊ asino differs: nō est sic exponēda: a capra ⁊ asino differs: ⁊ a nullo alio ab asino ⁊ capra dif/ fers: ig̊ a nullo nisi ab asino ⁊ a capra differs: q̄ est falsa: ⁊ exponētes sunt v̄e: ⁊ p̄ma pz: scd̄a autem sic ꝓbat̄: docetur eius ꝯtradictoriū: tu ab aliq̄ alio a capra ⁊ asino differs: er/ go capra ⁊ asinꝰ sunt aliquid: nam ly. alio. qui est p̄mus terminꝰ ꝓbabilis in illa ꝓpōne exponit̄ per ly aliqd: vt notaui in caplo ꝓprio: exposita tm̄ ꝓpō est manifeste fal/ sa: iō ⁊c̄. ¶ Aduerte vlteriꝰ ꝙ Pe. Mā. tz pro fundamē to ꝙ exceptiua affirmatiua est eē captio parti subiec a suo toto in mō: vel sub alijs v̄bis: eē captio iferioris ad bonū sensum a suo supiori: vn̄ videt̄ innuē ꝙ ad excepti uā ꝓpriam: p̄ter ꝯditiones positas a Pau. requirat̄ par tē extra captaz cōtineri sub pte a qua sit. exceptio. Ideo ille nō sunt ꝓprie exceptiue: oīs hō p̄ter antixp̄m est ani mal: omnis asinꝰ p̄ter aial est irrōnale: oīs hō p̄ter lapi/ dē currit: nam antixp̄s nō continet̄ sub homie cum non

sit nec aial sub asino. Jō pp dictionē exceptiuā in istis p/
pōnib⁹ denotatᷣ fieri exceptio q̄ ñ ēīō tales nō sunt exce/
ptiue ꝓprie. ¶ Propter h̄ fundamētū lz Pe. Mā. in ex/
ponēdo dictionē exceptiuam vltra exponētes q̄s ponit
Pau. addēdā esse vnā aliā in q̄ denoteᷣ ptē ex̄ captā ꝯti/
neri sub parte a q̄ fit exceptio: vt dōo nullus hō p̄ter an
tixp̄m est: sic est exponēda: antixp̄s ē. ⁊ nullus hō nō an/
tixp̄s est: ⁊ antixp̄s est hō: g̃ ⁊c̄. ⁊ p hoc potuisset euita/
ri argumētū de illa: nullus homo p̄ter aial currit: non su
mēdo: hanc aial est homo: ita nude ⁊ absolute: sed sub h̄
sensu: animal est hō. tanq̄ aliqd contentum sub homie.
¶ Uult etiā pau. vene. in 8° p̄mi dubij quadrature in q̄r
ta ꝯclōne q̄ in exponēda exceptiua negatiua ꝓpria sit su
mēda p̄ma exponēs in qua p̄dicatū vl'r remoueatᷣ a par
te extra capta: vt dōo nullū aial p̄ter hoiem currit: p̄ma
exponēs oz esse hec nihil qō est hō currit: sed oppositū
istius posset ꝓbabil'r sustineri. ¶ Aduerte vlterius dato
q̄ ego ⁊ tu curram⁹: ⁊ oēs alij hoies currāt: illa excepti
ua est falsa: ois hō p̄ter nos currit pp illam exponētem:
omnis hō non nos currit: nam tu es homo nō nos: ⁊ ta/
mē non curris: sed volēdo sumē exceptiuam veram per
exceptionē illorum suppositorum pro quibus falsa est il
la vl's: omnis homo currit: op; sumē sub disiunctione il
la supposita ⁊c̄. vt in illa op; dicē sic: omnis hō preter te
vel me currit: ⁊ ita dicatᷣ de oib⁹ alijs ꝯsilibus: ⁊ teneatᷣ h̄
pro vna ꝯne: sed cā istius est illa quā assignaui. Circa 3ᵃᵐ
ꝯnem in cap'lo cōparatiui gradus. s. quādo signū distri/
butiuū nō aliunde impeditū cadit supra disiunctū: tunc
sequiᷣ verificatio pro vtraq; parte disiuncti si ꝓpō deb;
esse v̄a: nō sic autē facit quādo disiūctum cadit supra co
pulatum: q: tunc sufficit verificatio pro vna parte: cum er/
go in exponēdo exceptiuā vtamur negatione infinitā: ⁊
que est signū distributiuū vbi acceperim⁹ plura ⁊c̄. op;
sumē disiunctū sequēs negōnē infinitātē: quia requiriᷣ
verificatio pro q̄libet tali excepto: q̄ nō fieret p copula/
tū: ⁊ p hoc fundamētum p; q̄ vbi ponatᷣ q̄ nō sint in re/
rū na nisi tria aialia. s. tu: asinus ⁊ capra: p; q̄ illa ꝓpō est
falsa: a nullo aial nisi ab asino ⁊ a capra tu differs: hec. n.
exponēs: a nullo aiali nō capra ⁊ asino differs ⁊ est falsa:
nam ab asino differs: q nō ē asin⁹ ⁊ capra. Ista tamē esset
v̄a: a nullo aiali nisi a capra vel asino differs ꝓpter nega
tionē infinitātē que in exponēte cadit supra disiunctum.
¶ Circa p̄mā ꝯclōnē nota q̄ non val; argumētum: ois
hō p̄ter sor. currit: ergo ois hō p̄ter hoies currit: q: lz ar/
guatᷣ ab inferiori ad suū superius: tamē non arguiᷣ rōne
totius extremi: q̄ reqriᷣ vt argumētū valeat. ¶ Circa se
cūdā ꝯnē nota q̄ ipsa est falsa s̄m Pe. Man. q: ex ipsa se
quiᷣ antixp̄m esse aial: ⁊ pau. tñ nō infequiᷣ tale fundamē
tū: q̄ tamē bonū est: ideo ⁊c̄. Illud tñ qō subiungit paul. in
ꝯne q̄ aliqua est exceptiua que nō repugnat sue p̄iacen
ti pōt ꝓbari: etiam in his in qbus pars extra capta sup/
ponit pro aliquo existēte: vt dicēdo tu non differs nisi ab
asino: q: pono q̄ scias. a. ꝓpōnē ⁊. b. sed. b. p remotionē
de p̄terito ⁊. a. scias p remotionē de p̄nti: tunc p; q̄ inci/
pis scire omnē ꝓpōnē: q: incipis scire. b. ꝓpōnē: vt pat;
nō tñ incipis scire omnē ꝓpōnē: q: nunc nō scis omnem
ꝓpositionē: q: nescis. a. ⁊ imediate post instās qō est p̄/
sens scies omnē ꝓpositionē: q: ēt scies. a. g̃ ⁊c̄. vel aliter
q: nūc scis oēm ꝓpōnē: ⁊ imediate ante instās qō est p̄ns
nō sciebas oēm ꝓpōnē: q: nesciebas. b. ꝓpōnem: g̃ ⁊c̄. tu
incipis scire oēm ꝓpōnē p̄ter. a. nā p̄lacēs p̄ma ēt est v̄a
sez tu differs ab asino: ⁊ exceptiue scđe v̄e in casu: ⁊ est etiā
p̄iacēs v̄a in casu. s. tu incipis scire oēm ꝓpōnem. ¶ De
exceptiua p̄mi ordinis eēt difficili⁹ repire exēplū reᵘ par
tis ex̄ capte supponētis pro aliq̄. ¶ Circa 3ᵃᵐ ꝯclusionē
nota q̄ pau. in exponēdo illā vtiᷣ exponēte non ꝓpria. s.
tu nō differs ab alio ab asino: sed magis ꝓprie dōm est: tu
nō differs a nō asino: ita q̄ negatio īfinitās cadat ī expo/
nēte supra id supra qō cadit dictio exceptiua ī exposita:
nō. n. o; sumi nota aliē artificut ēt huic notū p̄us. ¶ Ad/
uerte vlterius circa eādē q̄ subintelligēdus est in illa ab
latiu⁹ casus seq̄ns ly differt: a q̄ sumatᷣ exceptio: vt sic ex/
plicādo. tu nō differs ab ente nisi ab asino: in q̄ ly ente: vt
p;: supponit determinate rōne illorū signoꝝ ⁊c̄. ¶ Ex q̄
habes q̄ illa exceptiua ipropria est: cu; fiat exceptio ab
aliq̄ supponēte determinate: vt iā notaui. Ad exceptiuā
ꝓpriā reqriᷣ distributio ptis a q̄ fit exceptio. ¶ Et ex his
habes q̄ nulla illarū ꝯñarū val;: tu nō differs a non asi/
no: capra est nō asin⁹: g̃ tu non differs a capra: arguiᷣ. n.
īplicite a supiori nō distributo ad īferi⁹: qō p; sic explicā
do: tu nō differs ab ente nō asino: capra est nō asin⁹: g̃ tu
nō differs a capra: vbi p; q̄ tā ly ente in añte q̄; ly capra
in ꝯñte determinate supponūt rōne duorū signorū: ⁊ p si
mile fundamētū nō val; illa ꝯña: tu differs ab asino: asi/
nus nō capra: g̃ differs a nō capra: q: resoluiᷣ ꝯñs illius
ꝯñe in hāc tu differs ab ente nō capra: vbi ly ente distri/
buiᷣ rōne vnius signi ⁊c̄. Ideo arguiᷣ ab īferiori ad suu;
supius distributiue. ¶ Ex habitis sequiᷣ q̄ non val; ille
modus arguēdi: tu nō differs nisi ab asino: g̃ a nullo alio
ab asino differs: arguiᷣ. n. a termino supponēte determia
te: s. alio. s. termino ente virtual'r īcluso in añte ad eūde; di
stributiue suptū: dōo. n. a nll'o ente alio ab asino differs: ⁊
ly ente distribuiᷣ: vt p; ⁊c̄. ¶ Inferᷣ etiā aliud q̄ nō sem
p in ꝓprijs terminis: val; argumētū ab exceptiua nega/
tiua ad exclusiuā affirmatiuā: nō. n. sequiᷣ: tu nō differs
nisi ab asino: g̃ p̄cise ab asino differs: q: añs est verum ⁊
ꝯñs falsum: ⁊ dices q̄ si isti exclusiue: tantū ab asino dif/
fers: corrñdet aliqua exceptiua: maxime est illa: a nullo
nisi ab asino differs. ¶ Ulteri⁹ circa ꝯnē 3ᵃᵐ aduerte q̄
illa est negatiua. Jō nō exponiᷣ rōne de ly differt negati:
sed solū rōne dictiōis exceptiue: ⁊ p hoc habes q̄ lz Pe.
Mā. neget hāc tu differs ab omni hoie p̄ter q̄; a te: ⁊ ali
as cōsimiles cōiter cōcessas: q: ēt vt ipse dicit: no; expon̄
rōne de ly differs: cuius rōne exponētes: vel saltem aliq̄
illarum est falsa: sic'r illa: ⁊ ois homo p̄ter te est: q: a'b rit
te esse: tamē recte concedit hanc: nō differs nisi ab asino:
cum illa sit negatiua nō probāda ratione de ly differtq̄
tamē vbi sic ꝓbareᷣ nō cōcedereᷣ. ¶ Circa quartā ⁊ vl
timā ꝯclusionē nota q̄ ipsa nō videtur secure posita: q:
lz cōcedamus masculinum gen⁹ in plurali numero cōci/
pere femininū: hoc tñ nō pōt facē nisi supponat pro vtro
q;. Ideo dicendo: tu vides oēs hoies q sunt in illa domo
preter sor. ly homines non supponit in tali pro vtroq; se
xu: cū excipiatᷣ ille masculus pro quo deberet supponē. s.
sor. Ideo Pe. Man. istam ꝓpōnē ⁊ ꝯsimiles alias abso/
lute negat: vide eum in cap'lo ꝓprio. Uide Tiᷣ. in quar/
to sophismate illo. s. ois hō est vnus solus hō de illa pro
pōne: ois hō p̄ter sor. excipiᷣ: vtrum sit vera vel possit
vide qd dicat Pe. Mā. cap° ꝓprio: ⁊ Pau. ve. in octauo
p̄nᵒ p̄mi dubij q̄drature. ¶ Nota vltis dia q̄ p̄dicta sunt
itelliguntᷣ de dictiōe exceptiua exceptiue tēta. Ista nō p̄t
a ijs modis teneri. Aliq̄n ēt teneᷣ additiue vt dōo: tres
hoies p̄ter sor. (. s. vltra sor. i. nō cōputādo eum.) currūt.
Aliq̄n negatiue teneᷣ ⁊ ī tali sensu pōt ꝯcedi q̄ ois hō p̄
ter lapidē aut chymerā ē aial: ⁊ lz ille excepᵗᶦᵉˢ nō ptinēs ꝓ
posito nr̄o: distīōnē hāc ponit P. Man. ī cap̄ ꝓprio ⁊c̄.

Circa capᵐ reduplicatiue aduerte q̄ lz cōiᷣ dicatᷣ q̄
ille dictiōes: inq̄ztū: put: s̄m q̄ l p̄mi ⁊ alie ꝯsi/
miles p̄nt teneri reduplicatiue ⁊ specificatiue: vt si dice/
rē: ens iquātū ens est subm meta. sic dicerē ens sub rōne
entis ⁊c̄. In ꝓposito tñ ꝯsideram⁹ de his q̄n tenentᷣ redu
plicatiue: q̄ aūt sit dīa inᷣ vnā acceptionē ⁊ aliā hēt vi/
deri

deri alibi. ¶ Aduerte q in rei vitate vna exponētiū que
ponit a pau. est suꝑflua: illa. s. in q̄ pdicat pdicatū redu/
plicatiue de sbo eiusdē vñ bñ vz argumētū: soz. est hō: ⁊
si aliqd ē hō illd ē aīal: g soz. inq̄ztū hō ē aīal: in illis dua/
bus icludit alia: illa. s. soz. ē aīal: ac si argueres a ꝯdōnali
cū positiōe añtis ad positionē ꝯñtis. Ista tñ pōt poni nō
tāquā necīa: sz tāq̄ istius marie declaratiua ⁊c. ¶ Cir/
ca ꝯclōnes eiusdē capli nota. q nō vz argumētū: soz. inq̄
tum hō est aīal: ergo soz. inq̄ztū subā est aīal: eo q nō ar/
guit ab inferiori ad suū superius rōne toti⁹ extremi: i qd
requirit ad hoc: vt tale argumētum valeat: q: neq ly hō
neq ly sba est sbm: neq pdicatū: vt de se ꝑztigitur ⁊c.

Circa etiā caplm hoc aduerte q in illo loco largi⁹
sumit reduplicatio q̄ deēret sumi. Ad ppriā
n. reduplicatiuā reqrit q reduplicatū sit cā ꝑcisa ⁊ ime/
diata iherētie pdicati ad sbm vbi illa affirmatiua sit. Jō
illa nō est ꝑprie reduplicatiua: soz. inq̄ztū risibilis ē hō:
eo q risibilitas nō est cā ꝑcisa ⁊ imediata qua soz. sit hō:
sed magis econuerso: soz. est risibilis: q: est hō. Ista tñ pro
positio ꝑbādo eā ꝑz exponētes Pau. ē vatiō magis am/
pla sumit ꝑpositio reduplicatiua q̄ deberet sumi: sz hoc
in vigore cōditionū reqsitarū ad verā ⁊ ꝑpriā reduplica
tiuā est ita ampliatū. In illis. n. ꝯdōnib⁹ includit cōditio
nalis si recte cōsideres: vid et ea que notat Pe. Mā. p̄o
illa materia: lz ibidē multa dicat que si dterminatiue po
nat non sunt secure dicta. Cōsidera oia illa ⁊ per te ipsū
solues multas que ab eodem ponūtur loco allegato ⁊c.

Circa caplm de ly imediate aduerte pmo q ꝑposi/
tio de ly imediate ꝑcedēte exponit mō exposi
to. a pau. vbi aūt preponeret nō ita haberet exponi: vñ
dicēdo tu fuisti imediate ante instās qd est presens. Ista
significat q tu fuisti post qdlibz instās ꝑteritū ante hoc:
⁊ tūc simodo est ꝑbāda magis erit inferenda p suas sin/
gulares q̄ aliomō: ⁊ talis ꝑpō est falsa: q: significat q tu
fuisti aliqñ imediate ante instās presens. i. post qdlibet
instans ꝑteritū: in qua ly aliqñ includit suppositionem
determinatam pro aliquo instanti: significat ergo q tu i
aliquo determinato instāti fuisti post qdlibz ⁊c. ergo in
illo fuisti post illud instans ⁊ illud est ꝑteritū: sed ꝑponē
do ly imediate: tūc talis cōceditur: imediate ante hoc tu
fuisti demonstrando instās qd est ꝑsens. qd pz tum expo
nendo mō pau. tū pp hoc q: virtualr equalet ly imedia
te: ꝯsisti cōplexo: post qdlibet instās ꝑteritū: si vniat vbo d
ꝑterito: vl' isti cōplexo: ante qdlibet istās futurū. Si vnia
tur vbo de futuro: ⁊ hoc siue preponat siue postponat
verbo hoc declaratū est qñ postponit in pn⁹ notādi. In il
la aūt ꝑpōne: imediate añ hoc tu fuisti: significat q post
qdlz instās ꝑteritū aliqñ tu fuisti: vbi ly aliqñ supponit
ꝯfuse tñ: ⁊ exponēdo illā mō vltīpz ē ei⁹ vitas: vide illa
a Tis. in 5 principali pmi sophismatis. ¶ Nota et q cū
ly imediate sit dictio exponibilis: tñ lz illi ꝑponat nega/
tio: tñ adhuc oz exponi: sed vbi ꝑponat negō nō exponi/
tur: imo ꝑbat p ꝯdictoriū. ¶ Ulteri⁹ p hoc fundamētū
pōt notari q ille due nō ꝯdicūt: imediate añ hoc tu non
fuisti alb⁹: ⁊ imediate añ hoc tu fuisti alb⁹: sed cuilibz illo
rū assignat ꝯdictoriū p negōnē ꝑpositā: ⁊ si q̄ras qd signi
ficet illa ꝑpō: nō imediate añ hoc tu nō fuisti alb⁹: dicas
ꝑmittēdo: q si aliqua ꝑpō significat p ⁊ ꝑncipalr duos
sensus copulatiue q sua ꝯdictoria significat oppositos
sensus disiūctiue: cū copulatiue affirmatiue ꝯdicat disiū
ctiua de ꝑtibus oppositis: quo ꝑmisso ar sic. Ista imedia
te añ h tu nō fuisti alb⁹: sigt copulatiue istos duos sen/
sus: q añ h tu nō fuisti alb⁹: ⁊ q nullū fuit istans añ hoc
qn inter illd ⁊ h: tu nō fueris alb⁹: ergo p ꝑmissū ista sua
ꝯdictoria: nō imediate añ hoc tu nō fuisti alb⁹ significat
q nō ante hoc tu nō fuisti albus: q̄ ꝯuertit cū hac: q añ
hoc ꝯtinue tu fuisti albus: sigt 2⁹ sub disiūctione q aliqd
fuit istās nō inter qd ⁊ hoc ꝯtinue tu nō fuisti albus. Ista
notaui: q: plurimū ⁊ multū deseruiūt ꝑ expōne de ly: in
cipit. ⁊ desinit. Tis. vt hz videri: ⁊ ꝑsertum deseruit ꝑ illa
difficultate vtrū in exponēdo illa vba debeat negādo ꝑ/
poni aut postponi ⁊ ad ly imediate: ⁊ et vt ibidē patebit
pt teneri ꝯ Gaietanū q negatio sit ꝑponēda ⁊ nō ꝑponē
da fundando rōnez supra ꝑbabitis. ¶ Aduerte et cām
q̄re ly imediate exponit p ly. inter. ⁊ nō p ly añ sequēs ly
qn. Cā est illa q̄ ponit in q̄rta ꝯne isti⁹ capli: q: in casu il/
lius ꝯnis exponēdo p ly. añ eēt illa ꝯña va: imediate p⁹
a. tu curres: ⁊ tñ exponēdo p ly iter: vt oz exponi est illa
falsa: ⁊ iō ibidē sua ꝯdictoria cōcederet. ¶ Nota vlteri⁹
vt notat Pe. mā. in caplo ꝑprio q illa ꝯña nō vz d fore
antixps post hoc erit: ⁊ nullū erit istās post h qn iter illd
⁊ hoc ātixps erit: g imediate post h antixps erit. Nā ima
ginādo q hinc ad ānū nō erit aliqd tps: ⁊ ꝑterea icipiat
esse tps: ⁊ in medio isti⁹ iteruallis antixps incipiat esse: ⁊
tunc in tali casu añs est vez ⁊ ꝯñs falsū: sz opz addere:
⁊ ꝯtinue post hoc tps erit. Si tñ i illis exponētibus ad/
deres ly aliqñ: vt si sic formalr diceres: post hoc antixps
aliqñ erit: ⁊ nullū erit instans post hoc qn inter illud ⁊ h
antixps aliqñ erit: valeret ꝯña: ergo imediate post hoc
antixps erit: q: ex scda exponēte infert q quocūq istāti
dato post hoc inter illud ⁊ hoc ꝯtinue erit tps. Sz tūc in
tali casu opz dicere q ille nō sunt ve exponētes: q: ab ex
posita ad tales exponētes nō vz arg^m de forma: q: ex illa
imediate post hoc tu eris: nō seqtur formalr tps fore: q
tñ icludit virtualr in exponētib⁹ addēdo ly. aliqñ: ⁊ nō
addēdo ly. aliqñ. adhuc nō sunt exponētes ꝑprie: q: in
casu supiori ab illis ad expositā nō vz argumētū: vt ponē
do q instās pñs sit vltimū toti⁹ tpis ⁊ q soz. erit albus:
tūc in illo casu hec est va: imediate post instās qd est pñs
soz. erit albus: vt pz in casu. Tz ipse ergo ly imediate nō
ꝑprie exponi: sz hic cās veritatis. a qbus ad expositam
vz argumētū: vt ipse addit in expōnib⁹ ly. aliqñ. seu ly. in
aliquo tpe. vl' aliquo istāti: qd idē est: ⁊ i rei vitate illa ar
gumēta ꝯcludūt illas nō eē formalr exponētes: q: ille ꝑ
bantes ⁊ ipsa ꝑbata ꝑpō nō mutuo se inferūt formalr:
vt pz ex ꝑdictis: q: tūc nāliter loquēdo necesse est tps fo
re ⁊ cōtinue: iō Pau. appellat illas exponētes esse mālr
solū: ⁊ nō formalr. ¶ Preter ꝑticulas positas in ꝑban/
do ly imediate addit et aliā ꝑticulā Pe. Man. in expo/
nēdo hāc ⁊ ꝯsi¹es: imediate post h soz. erit: addit. n. hāc:
⁊ hoc instans est vel erit: q: demōstrādo instās iā elapsū
centū ānis in quo soz. non fuit. q: pono nūc illū primo es/
se: ⁊ est hoc añs vez: post h soz. erit: ⁊ nullū erit instās post
hoc qn inter illd ⁊ hoc soz. erit in aliquo tpe vel istāti ⁊c.
non tamē pōt verificari illa: nullū erit instans post h qn
inter illud ⁊ hoc ⁊c. nisi ꝑ instanti futuro: ⁊ quocūq ta/
li dato est vez q inter illud ⁊ hoc ꝑteritū soz. erit: ⁊ tñ est
falsū hoc ꝯñs: ergo imediate post hoc soz. erit: ⁊ vt pz per
casum: ⁊ ideo addit ipse aliā particulā: ⁊ hoc instās ē vl'
erit. ¶ Sed possum⁹ tenere q illa ꝑticula non sit neces/
saria. Et ad argumētū in oppositū. Dicas q illa pma ex
ponēs est falsa. s. post hoc tu eris: q: ex ipsa sequit q hoc
instās est vel erit: ⁊ cū ly hoc supponat vl' denotet suppo/
nere respectu illius vbi de futuro eris ⁊c. ¶ Cōtra scdā
conclusionem arguitur probando q in illo casu: imedia
te ante hoc duo ꝯdictoria fuerunt simul vera: sic arguen
do: hoc est verū demōstrando hanc: tu nō es albus: ⁊ h
est verū demonstrando hanc: tu es albus: ⁊ nō sunt plu
ra illoz: ergo vtrunq illoz est vez: tunc sic illa ꝯña ē bo
na: ⁊ imediate añ hoc añs fuit vez: q: illius vtrūq pa
imediate ante hoc fuit vera: ergo ⁊ imediate ante h
cōsequens fuit vez: sed non potuit illud ꝯñs eē verum

quãn illa duo ↄ̃dictoria sił fuerint vera: vt p3: ergo ↄ̃clõ est falsa. ¶ Sed ꝓ illo dicas negãdo ꝙ illius ↄ̃ñe imediate añ hoc añs fuerit veꝝ: ⁊ nõ v3 argumẽtũ illi⁹ añꝗ vtraqꝫ pars imediate añ hoc fuit vã: ergo totuz añs fuit veꝝ maz illa copulatiua que est añs nõ imediate ante h̃ fuit vera: neqꝫ ẽt ita fuit sic illa copulatiua significat: nequ etiaz ita fuit sicut sue ptes significabãt: l3 tñ vtraqꝫ ps illius copulatiue fuerit vã. Pro illo vide Tis. i septimo sophismate illo: oĩs ꝓpõ vel eius ↄ̃dictoria est vã: iuxta finẽ: vide ẽt pau. ve. in 21° ⁊ 23° ṗncipalibus quarti dubij quadrature. ¶ Circa ṗmũ correlariũ eiusdẽ ↄ̃clõnis notã ꝙ l3 illa ꝓpositio imediate ante hoc tu fuisti albus: sit ↄ̃cedẽda in casu posito: nõ tñ ista alia imediate ante h̃ tu nõ fuisti alb⁹: sic absolute vĩ ↄ̃cedẽda: est enim sic exponẽda: ante hoc tu nõ fuisti albus: ⁊ nullũ fuit istãs ⁊c̃. Sed ṗma vĩ falsa: q2 negatio cadit supra v̾bũ negãs illõ pro quolibet tp̃e preterito: sic aũt negata redditur ꝓpõ falsa: q2 pro aliquo tẽpore preterito tu fuisti albus: vt p3 in casu: ⁊ per idẽ videt̾ scd̃a exponens falsa: q2 asserit ꝙ quocũqꝫ instanti dato preterito inter illud ⁊ hoc tu non fuisti albus in qua ẽt verbuz negatur ⁊ denotat̾ ꝙ inter instãs datum ⁊ hoc nũqꝫ fuisti albus: qđ est falsum in casu: per idẽ etiaz oĩno vĩ exposita negãda. s. imediate ante hoc tu nõ fuisti albus: q2 ẽt in illa negatur v̾buz. ¶ Pro hoc breuiter dicas ꝙ illa exposita in casu est vera: eo ꝙ l3 in ea negetur verbũ: nõ tñ absolute pro quolib3 tẽpore preterito negatur: sed solũ habẽdo respectũ ad determinationẽ ⁊ limitationẽ inclusam in ly imediate: ⁊ l3 cõĩter dicat̾ ꝙ aduerbiũ p̃cedẽs vel illi equalens nõ limitat verbuz sequẽs: q2 solet dici ꝙ ille due differunt: in. a. istãti tu eris albus: ⁊ tu eris albus in. a. instanti. In ꝓposito tñ habet̾ limitatio verbi ab illo p̃cedenti aduerbio imediate: q2 alr̃ ꝓpõ esset falsa. Sicut ꝓbatũ est: ⁊ l3 p̃ponat̾ intelligit̾ tñ aliquo mõ virtus illius cadere supra v̾buz: ⁊ ꝓ hoc dico ꝙ sua ṗma exponẽs: illa. s. añ hoc tu nõ fuisti albus: ẽt h3 v̾bũ limitatũ ⁊ nõ absolute negatũ: vt sic resoluat̾: tũc nõ fuisti alb⁹ d̾mõstrãdo ptẽ in qua nõ fuisti albus: ⁊ tũc est vł fuit añ hoc: ergo ⁊c̃. ⁊ in scd̃a exponẽte semꝑ ẽ intelligẽda aliq̃ limitatio respectu tp̃is: i põt ḡ sustineri tacta ↄ̃clusio per fundamẽtũ habitum ⁊c̃.

Circa caplm̃ de incipit: ⁊ desinit multa ⁊ plura notanda sunt q̃ oĩa declarabo in tractatu de incipit. ⁊ desinit Tis. ibidez adducẽs multas difficultates: ⁊ iõ q̃ dicẽda erũt circa caplm̃ h̃ videat̾ loco allegato ⁊c̃.

Circa mãm de ly totus aduerte ṗmo ꝙ ly tot⁹ cõĩter ponit̾ teneri cathͨ. qñ ponit̾ ad intra ptes subi aut p̃dicati quãdo aũt p̃cedit totã ꝓpõnẽ dĩ syncathͨ teneri. Sed possumus dicere ꝙ ẽt vbi sit ṗmus terminus ꝓpõnis ⁊ substãtiue teneat̾ ꝙ cathͨ. ⁊ non syncathͨ tenet̾: vt dicẽdo: totũ qđ est in mũdo est in oculo tuo: qñ aũt p̃cedit totã ꝓpõnẽ: ⁊ est adiectiuũ alicuius determinabilis tũc ↄ̃cedit̾ ꝙ ille termin⁹ syncathͨ tenet̾. Et si q̃ratur cã quare diuersimode situatus talis termin⁹ diuersis modis accipiat̾. ¶ Dicat̾ ꝙ hoc ẽ ex cõi mõ loq̃ndi: naz de v̾tute sermonis: ita põt cathͨ teneri a pte predicati sicut a parte subiecti: ⁊ l3 forte sit dubitãdum qñ preponitur aliqua ꝓpõ in qua ponit̾ ly totus a parte subiecti vtrũ teneat̾ cathͨ aut syncathͨ: tñ nõ debem⁹ r̄ñdere dubie ad talẽ ꝓpõnẽ: ꝓꝑ hoc. q2 ex cõi mõ loq̃ndi ↄ̃cedẽdũ est ꝙ cathͨ tenet̾. Pro illa mã vide. Tis. in tertio sophismate i illo. s. oĩs hõ est totũ q̃ntitate: in r̄ñsione ad tertiuz argͫ ṗmi ṗncipalis. ¶ Cõsidera etiã ꝙ l3 pau. i illo loco teneat ꝙ ly tot⁹ qñ cathͨ tenet̾. tũc equaleat huic ↄ̃plexo ens ꝑfectũ ex oĩb⁹ suis ptib⁹: ita ꝙ ly tot⁹ dicat respectũ ad ptes. Tis. tñ i sophismate allegato i sołone q̃rti dubij ṗncipalis: t3 ꝙ nõ dicat respectũ ad ptes: sed solũ eq̃polleat huic cõplexo: ens ꝑfectuz cui nihil deest: nisi mõ tale ens sit hñs ptes: siue nõ: nõ est cura apđ ipsuz: vñ ↄ̃cedit ipse ꝙ aĩal itellectiuũ ẽ qđdã totũ: l3 nõ habeat ptes: opinio tñ pau. vĩ securior: nã ly totũ dĩ cõĩter referri ad ptẽ. ¶ Nota vlteri⁹ ꝙ tenẽdo expositionẽ de ly tot⁹ qñ syncathͨ tenet̾: q2 exponat̾ illo mõ. s. mõ vlĩ vt p3: cã. n. est q2 cuz illo mõ sumptus talis terminus equaleat isti cõplexo q̃libet pars ⁊c̃. Jõ exponit̾ mõ dicto: vt dĩdo totus sor. ẽ minor sor. ista sic h3 exponi: q̃lib3 pars sor. est minor sor. cũ illi equaleat. ¶ Nota ẽt ꝙ Pe. Man. ↄ̃ talẽ modũ exponẽdi adducit multa argumenta ṗmo loco que postea soluit: ⁊ deinde vlterius arguit ꝓbãdo ꝙ ly tot⁹ nõ equalet isti cõplexo: q̃lib3 pars. ¶ Prĩo q2 illa esset vlĩs: tot⁹ sor. est aliqđ. ¶ Scd̃o q2 sicut illa est cõgrua: q̃lib3 pars est in mũdo. Ita ẽt deberet eẽ cõgrua illa: totus ẽ in mundo ꝓꝑ equiualẽtiã. ¶ Et soluẽdo illa dicit ipse ṗmũ ↄ̃cedẽdo: q2 illa ꝓpõ que determinat̾ a ly totus est vlĩs: sed q2 hoc est ↄ̃ opiõnẽ cõez. Jõ dicat̾ alr̃ ꝙ nõ v3 argumẽtũ equalet in significãdo vlĩ: ergo est vlĩs: sicut ẽt nõ v3 illa ꝓpõ: qñ tu loqueris: tu nõ taces: equiualet vni copulatiue hypothetice ergo est hypothetica. ¶ Ad scd̃m argͫ r̄ñdet ⁊ recte ꝙ ly totus nõ absolute equalet isti cõplexo q̃libet pars absolute sumpta: sed solũ qñ sumit̾ cũ substãtiuo ⁊ ꝓ illo debem⁹ imaginari ꝙ ly tot⁹ s̾m ꝙ adiectiuũ est significãs ꝑ depẽdẽtiã ad substãtiuuz. Ita ẽt equalet isti cõplexo: q̃lib3 pars nõ absolute sumpta. S3 per d̾pẽdentiam ad genitiuũ. Scut ergo illa ẽ incõgrua totus ẽ i mũdo. Ita ẽt illa: q̃libet pars ẽ in mũdo. Sumẽdo nõ absolute ly ps: s3 vt exigit gr̃mi. Arguit. n. vlteri⁹ alio fundamẽto ꝓbando ꝙ hoc cõplexũ grã exẽpli: totus hõ: non possit equiualere isti cõplexo: q̃lib3 pars hoĩs: q2 illius cõplexi: totus hõ: illa pars hõ non significat ꝑ modũ obliqui: illius aũt cõplexi: q̃libet pars hoĩs: ly hoĩs significat ꝑ modũ obliqui. Ex quo ergo rectus nõ ↄ3 equiualere obliquo rõne diuersi modi significãdi. Jõ conuincit̾ ⁊ cogitur ponere aliũ modũ exponẽdi: ⁊ dicit ꝙ ly tot⁹ qñ sumit̾ cathͨ equalet isti cõplexo: s̾m oẽs ptes collectiue sumptas: vt dicẽdo sor. est totus alb⁹: equalet isti cõplexo. sor. ẽ alb⁹ s̾m oẽs suas ptes collectiue sumptas: ⁊ ad hoc ꝙ talis ꝓpõ sit vã. s. sor. ẽ totus albus nõ est opus ꝙ q̃libet pars sor. seorsũ3 capta ab alia sit alba: vt p3 intelligẽti. Qñ aũt tenet̾ syncathͨ: tunc equalet isti complexo s̾m oẽs suas ptes diuisiue sumptas est albus: ⁊ tũc ad h̃ ꝙ sit vera illa reqrit̾: ꝙ q̃lib3 seorsum capta ab alia sit alba. S3 l3 ille modus subtilis sit: possumus tñ sustinere moduz exponẽdi cõem. Et ad argumẽtũ in oppositum. ¶ Dicam⁹ ꝙ l3 dicẽdo totus hõ ⁊c̃. ly homo videat̾ solum significare ꝑ modũ recti: significat tñ ẽt obliquo mõ per modum obliqui: ⁊ l3 ponatur in recto: hoc nõ fit ꝓꝑ modũ significandi ꝑ modũ recti: sed solum vt seruetur cõgruitas illius cuz tali adiectiuo totus. Ista. n. eẽt incongrua. totus hoĩs est aliqđ: vt satis p3. ¶ Preterea posses tu obijcere sił argͫ ↄ̃ modũ exponẽdi ab eodẽ positum: nã ex quo ly totus est recti casus vĩ debere significare ꝑ modũ recti: ⁊ s̾m eũ non sic facit: q2 equalet isti cõplexo s̾m oẽs suas partes ⁊c̃. q̃ quidẽ cõplexũ: significat oblique: ⁊ iõ illius fundamẽtũ non demõstrat ↄ̃ cõem modũ exponẽdi. ¶ Pau. ve. in scd̃o dubio quadrature in 7° ṗncipali: ponit ẽt aliuz modũ exponẽdi ꝓpõnem de ly tot⁹ qñ syncathͨ tenetur: vult. n. ꝙ ṗmo exponat̾ ꝑ suã placẽtem: vt sic dicendo totus sor. est aliqđ: sic exponit̾ sor. est aliquid: ⁊ nihil est sor. qn illud sit aliqđ. Sed ille modus exponendi non cõiter ponitur: ⁊ ideo de illo non multũ curo: q2 tamẽ multa alia dicit pertinentia ad ꝓpositum hoc. Ideo vide omnia illius dicta loco allegato. ¶ Circa cõclusionẽ scd̃am nota q̃re non valeat ille modus ar/

guendi:totus sor.est pars sor.ergo totus hō ē ps sor.cū
n.est q2 lʒ ly totus nō cōiter ponaꝶ eē signū distributiuū:
ꝛ ēt ly sor.ñ possit distribui:cū sit termin⁹ discret⁹: q2 tñ
virtualiter illud exēplū totus equipollet isti cōplexo qli
bet ps.Jō dicēdo:totus hō est pars sor.equaler isti qli/
bet pars hois ē ps sor.vbi ly hois p accidēs distribuiꝶ:
q2 regiꝶ ab illo termino pars per se distributo: nō ergo
vʒ argumētū formatū:q2 arguiꝶ iplicite ab inferiori ad
suū superius distributiue a ly sor.s.ad ly hois. ℭ Circa
tertiā cōclusionē aduerte ꝙ etiā illa pōt cōcedi:totū qd
est in mūdo est in oculo:q2 vt prius notaui quū ly totuʒ
teneaꝶ substātiue:ꝛ per ꝯns iuxta fundamentū carb'te/
neatur.Jdeo illa pōt cōcedi.Sicut cōceditur illa alia in
oculo tuo est totuʒ qd est in mūdo:hoc ideʒ asserit Pet.
mā.caplo proprio.ℭ Circa quartā cōclusionē aduerte
ꝙ illa ꝓpō:in aia tua est tota scia possibilis:differēs est
ab illa alia:aia intellectiua est tota in toto ꝛ tota in qlibʒ
parte.nā tenēdo cū pau.ꝙ ly totū carb'tēruʒ dicat respe
ctum ad ptes illa pōt cōcedi:in aia tua est tota scia pos-
sibilis
q2 scia est qualitas gradualis integrata ex gradib⁹ tāqꝫ
ex suis ptibus:aia aūt intellectiua nō hʒ ptes aliquas ex
qbus cōponaꝶ:ꝛ tūc sic sustinēdo:oportʒ dicere ꝙ ly totuʒ:
lʒ dicat respectū ad ptes:nō tñ magl ad ptes qꝫtitatiuas
qꝫ integrales:q2 illa ꝓpō:in aia tua est tota scia posset
cōcederet vbi ly totū diceret respectū ad partes qꝫtitati
uas:q2 scia nō hʒ tales ptes.Sicut nec aia intellectiua:
que est eius subm:tenēdo tñ cū Tis.ꝙ ly totum nō dicat
respectum ad partes:pōt illa ꝓpō concedi:aia intellecti
ua est tota in toto:ꝛ tota in qualibet parte: eo ꝙ anima
est ens perfectum cui nihil deest in sua specie ꝛc̄.

Circa caplm de ly semp aduerte ꝙ opio q̄ vult ꝙ ly
semp cōuertaꝶ cū ly.oi tpe.absolute pōt hēre
hoc fundamētū:q2 dicendo:semp fuit deus:lʒ ly semp sit
aduerbiū:virtualiter tñ supponit respectu illi⁹ vbi fuit
ꝛ ampliaꝶ ab illo:ꝛ iō vꝫ significare talis ꝓpō ꝙ i oi tpe
qd est vel fuit:in illo deus fuit.ℭ Alia tñ opio quā i pn/
cipio capli ponit Pau.nō vult tale aduerbiū ampliare.
Sed solū supponere ꝓm ꝯsignificationē verbi:ꝛ illa opi
nio nō est:ita appens sicut pma nisi ex hoc:q2 vꝫ incōue/
niēs ꝓm cōem modū loquēdi ꝙ illa ꝓpō nō sit ꝯcedēda:
semp deus fuit:ꝛ q̄ negareꝶ ab illa opione nō tenēre āplia/
tioneʒ ꝛc̄.ℭ Nota ēt eāʒ quare illo modo exponatur ly
semp:q2 ex quo equiualet illi cōplexo:oi tpe.Jdeo aliq
mō vꝫ exponēda ꝓpositio de ly semp ꝓposito mō vñ:q2
sicut ly.oi corrñdet signum particulare ly aliquo.Jta ly
semp corrñdet ly aliqñ:qd pōt cōputari ꝓ signo particu
lari:cū virtualiter includat signuʒ particulare.ℭ Nota
vlterius ꝙ nō ois ꝓpō de ly.semp.hʒ ꝓbari mō posito a
pau.sed solū illa in qua ly.semp.determinat ꝓpōnē ꝛ p̄/
cedit eandē:vñ dicēdo:deus fuit semp:illa est falsa:q2 il/
la significat:ꝙ deus fuit aliqñ oi tpe.Nā ly semp equalʒ
isti cōplexo:oi tpe:siue preponatur siue postponaꝶ.Mō
pʒ ꝙ ꝓpositio sic significādo est negāda:asserit.n.ꝙ aliq
determinato tpe deus fuit oi tpe:qd est falsum: q2 quo/
cūqꝫ tpe dato:in illo deus fuit:ꝛ in illo solū:nō aūt in illo
fuit in alio tpe:vt satis pʒ:ꝛ ꝙ illa ꝓpositio data signifi/
cet sic pʒ.q2 ex quo ly aliqñ subintelligitur determinare
verbū:non impeditur ab aliquo p̄cedēti signo:iō suppo
nit determinate:ꝛ aut includit ꝓpōnem determinatam re/
spectu tpis determinati ex quo habetur ꝙ non vʒ argu/
mentum:semper deus fuit:ergo deus fuit semper ꝛc̄.

Circa caplm de ly ab eterno siue eternaliter aduer/
te pmo ꝙ duo sunt modi exponēdi talem ter
minū vel ꝓpōnē rōne illius:pmus est quē ponit pau. in
textu:ꝛ imaginaꝶ ille modus:ꝙ ly eternalr equaleat isti
cōplexo:añ oē tps finitū:vbi vniaꝶ v̄bo de p̄terito:vl isti
post oē tps finitum:vbi vniaꝶ v̄bo de futuro.Et circa ta
lem modū aduerte ēt ꝙ lʒ tenēdo eternitatē mūdi vt in/
nuit pau.in textu posset ille admitti:tenēdo tñ ꝓm verita
tem ꝙ mūdus inceperit esse:tūc nō vꝫ securus talis mo/
dus:q2 ex tali mō exponēdi seqreꝶ dato ꝙ deus añ crea
tionē celi creasset.a.angelū:ꝙ tūc esset ꝯcedēda illa.a.an
gelus eternalr fuit:q2 nullū fuit tps finitū:qn ante illud
a.angelus fuerit:q2 fuit añ creationē mūdi cū qua icipit
eē tps:ꝓpō tñ illa nō vꝫ cōcedēda in casu:q2 a. angelus
incepit esse:qd aūt icepit eē nō est dicēdū eternaliter fuis
se.Preterea casus iste ꝓbat ꝙ dato ꝙ mūdus ēt eterna/
liter fuerit ꝙ tales nō sūt vere exponētes:q2 admisso ca/
su illo ad imaginationē essent exponētes vere ꝛ exposita
falsa.ℭ Scdm veritatē ēt seqtur ex tali mō ꝙ tu eterna/
liter eris:qđ tñ nūqꝫ vꝫ cōcedēdū:q2 ꝓm fidē est tenēduʒ
ꝙ aliqñ resurges:ꝛ postea cōtinue eris:ꝛ iō post oē tps
finituʒ tu eris.vt pʒ:ꝛ vbi nūqꝫ resurges admisso casu il
lo ad imaginationē.Seqtur ꝙ.s.tu aliqñ resurges:quia
casus nullā ꝯdictionē iplicat.Tūc ꝓbaꝶ ꝙ tales exponē
tes nō sūt vere exponētes:q2 stat imaginari illas eē v̄as:
exposita existente falsa.Et per oia illa ꝓbaꝶ ꝙ talis mo
dus exponēdi nō sit formalis:q2 de facto vl saltē ad ima
ginationē stat tales exponētes esse veras:exposita exñte
falsa:ꝛ ꝓpter hoc nō vꝫ securus talis modus.ℭ Et ideo
Pe.Mā.aliū modū 2m ponit.s.ꝙ ly eternalr exponaꝶ p
hoc nūqꝫ incipiet:ꝛ aut desinet eē ꝛ erit ꝛc̄.ꝛ hoc de futuro
vel sicut nūqꝫ incepit nec desiuit esse ꝛ fuit ꝛc̄.ꝛ hoc de p̄te
rito.Et ꝓm talē modū nō stat imaginari exponētes esse
veras:exposita existēte falsa.Et ēt argumētū de a. ange/
lo nō ꝓcedit:q2 ille incepit esse.Argumētū etiaʒ de te ꝙ
resurges ēt nō ꝓcedit:q2 aliqñ tu desines esse ꝛ postea i/
cipies esse:vel saltē aliqd incipiet ꝛ desinet esse.tu.ℭ Sʒ
ēt ille modus nō vꝫ securus:q2 nō vʒ argumētū.a. mot⁹
erit ptrāsitio.b.spacij:ꝛ nō incipiet nec desinet esse ptran
sitio.b.spacij.ergo eternaliter.a.motus erit talis ptran/
sitio nam in casu est añs verum:vt ponēdo ꝙ mediāte.a
motu ptransibis.b.pontē in hora:qui motus nō incipiet
esse pertransitio:cū neqꝫ in instanti neqꝫ imediate post in
stans erit:vt probabilr teneꝶ:ꝛ a sili non desinit esse:ꝛ tñ
ꝯns est manifeste falsum:cuʒ talis mot⁹ nō eternalr erit
ꝛ si tñ nolueris ꝙ talis pertransitio erit i istāti.Arguaꝶ
de hac ꝓpositione:tu eris pertrāsiēs.b.spacium:nam tu
eris ptransiēs.b.spaciuʒ vt pono:ꝛ nūqꝫ icipies aut desi
nes esse pertransiens.b.spaciū vt pʒ:q2 neqꝫ in instāti:ne
qꝫ imediate post istās:neqꝫ imediate ante instās eris ptrā
siens tale spaciū:cuʒ ad ptranseundū illud reqraꝶ tēpus
determinatum:vt pʒ intelligēti:ꝛ tñ non eternalr eris p/
transiēs tale spacium.ℭ Simil'r ponaꝶ vt alibi admittit
Pe.Man.ꝙ.a.ignis sic gñabitur ꝙ quādo ꝓducetur se
cūda pars ꝓportionalis illius corrumpetur pma: ꝛ qñ
gñabitur 3a.corrūpetur scda.ꝛ sic in infinitū:tūc.a.ignis
erit.vt ipse cōcedit:ꝛ non incipiet nec d̄sinet eē:vt pʒ per
exponētes talium v̄borum:ꝛ tñ.a.ignis non eternaliter
erit.ℭ Pro istis omnibus dicas ꝙ de virtute sermonis
argumēta illa ꝯcludūt.Sʒ pōt sustineri talis modus nō
sumēdo illa v̄ba incipit:ꝛ desinit:in expositiōe istius ter/
mini eternaliter ꝓm suas exponētes vl causas v̄itas: de
qbus fit mētio in propria materia de icipit ꝛ desinit.Sʒ
ad istum sensum illa sumēdo hora non incipiet esse neqꝫ
desinet esse.i.non acquiret esse post non esse:neqꝫ acqret
nō esse post esse:ꝛ erit:ergo eternalr erit.Et suo mō sic di
caꝶ de p̄terito:ꝛ cōtra istū sensum non procedunt argu/
menta formata:nā lʒ in casu de pertrāsitiōe ꝓprie sumē
do illa verba incipit ꝛ desinit:tu nō incipies esse aut desi
nes eē ptrāsiens:ꝛ eris tñ pertrāsiens postqꝫ non fuisti ta/
lis:ꝛ postea eris non pertrāsiēs postqꝫ fuisti talis.Et sic

dicatur suo modo ad aliud iuxta talē moduꝫ. scꝫ. ¶ Et
ſm veritateꝫ est cōcedēdū ꝙ celū nō eternaliter fuit: lꝫ sp
fuerit: vñ habes notare ꝙ ly semp denotat tēpus: nō aūt
ly eternaliter: vñ si ad imaginationē nūquā fuisset aliqđ
tēpus ista esset falsa: deus semp fuit: ⁊ illa vera: deus eter/
naliter fuit. ¶ Etiā dato vt prius ꝙ. a. āgelus fuerit crea
tus añ celuꝫ: tūc est cōcedēda illa: semp. a. angelus fuit:
⁊ illa neganda: eternaliter. a. angelus fuit: q2 icepit esse:
⁊ ſm hoc tps fuit semp existens cuꝫ celo: q2 ē passio mo/
tus eius: iō est ꝯcedendū: ꝙ celū semp fuit: ⁊ tñ est negan
dum ꝙ celū eternaliter fuit: q2 ſm veritatē incepit esse.
¶ In sequēdo aūt moduꝫ exponēdi a Pau. positū nota
ꝙ hoc argumētū nō vꝫ: eternaliter deus fuit: ergo deus
fuit eternaliter: q2 ex quo ſm talē modū ly eternaliter eq
ualet isti cōplexo: ante vel post oē tps finituꝫ: ideo talis
est neganda: deus fuit eternalr: q2 significat ꝙ deus fuit
aliqñ ante oē tps finituꝫ. Subintelligitur. n. ly aliqñ de/
terminare verbū: que ꝓpō vltima significat ꝙ in aliquo
dterminato tpe fuisti ante oē tps finitū: ex quo seqtur ꝙ
in illo signato tpe fuisti ante ipsūmet. Illa tñ est ꝯcedēda
eternaliter deus fuit: vt pꝫ exponēdo: ⁊ iō ab illa non vꝫ
argumētū ad aliā. ¶ Nota etiā ꝙ sicut nō vꝫ argumētū
a. semp fuit: ergo. a. eternaliter fuit: ⁊ hoc ꝑsertim ſꝫ Pe.
Mā. ⁊ ēt ſm veritatē: vt prius dictū est de celo. Ita etiam
nō vꝫ argumētū d forma. a. eternalr fuit: ergo. a. semper
fuit: q2 imaginādo ꝙ. a. semp fuerit vna itelligentia que
nūq̄ꝫ habuerit ꝑncipiū: desinerit tñ illa ad imaginationē
esse iam cētū ānis elapsis: tūc ſm modū exponēdi pau. ē
illa cōcedēda. a. eternaliter fuit: q2 ante oē tps finituꝫ. a.
fuit: vt pꝫ in casu: ⁊ tñ illa est falsa. a. semp fuit: q2 signifi/
cat ꝙ oi tpe preterito. a. fuit: qđ est falsuꝫ in casu: cuꝫ nō
in tpe medio illoꝝ cētuꝫ ānoꝝ: aut in aliquo illoꝝ cētum
ānoꝝ. a. fuerit: vt pꝫ per casum. Ista ergo ꝯña. a. eterna/
liter fuit: ergo. a. semp fuit: nō est bona de forma ſm mo/
dum exponēdi pau. vt pꝫ in casu: nō est etiā illa bona de
forma ſm modū Pe. man. q2 lꝫ in illo casu negaret ipse
vtrāq3 ꝓpōnē: eo ꝙ. a. desinit eē aliqñ in illo casu: tñ dice
ret ꝙ ly imaginādo nūq̄ꝫ fuisse tps aliqđ: tūc deus eter/
naliter fuisset: ⁊ tñ nō semper fuisset: ⁊ iō illa cōsequētia
nō est bona de forma: q2 oppositū cōsequētis est imagi/
nabile stare cū antecedēte sine ꝯdictione: diceret tñ ꝙ il/
la est cōcedēda de mā. ¶ Nota vlteriꝰ ꝙ rectius est vti il
lo termino: eternaliter: q̄ꝫ illo termino: ab eterno: quia
non communiter solemus dicere talem terminū: ab eter
no: esse aduerbium: ⁊ ideo ⁊c.

Circa capl'm de ly infinitum aduerte ꝙ ly infinituꝫ
qñ cath'e sumitur: tūc dr a Pau. equalere isti
cōplexo: enti sine ꝑncipio ⁊ sine fine: ita ꝙ sumitur vt deno
tatur infinitū simplr. Sed possumus dicere ꝙ ēt pōt cō/
petere enti infinito ſm qd: puta habēti ꝑncipiū ⁊ non fi/
nem: aut habēti finē ⁊ nō ꝑncipiū: quibꝰ modis dicemus
ſm phos: tēpus ꝑteritū fuisse infinitū: de hoc tñ non est
magna vis. ¶ Qñ aūt talis terminus tenet syncath'e tūc
aliter hꝫ exponi: ꝓ cuius expositiōe duos ponit modos
Pau. in textu: quoꝝ nullus est sufficiēs: ꝑmus. n. patitur
instātiam respectu singularis numeri: q2 ex illo sequit ꝙ
infinite magna est aliqua pars q̄ꝫtitatiua tui: q2 aliq̄ꝫtuꝫ
magna est aliqua pars tui: ⁊ nō est aliqua pars finita tui
quin maior illa sit aliqua alia: ex quo nō pōt dari pars
ita magna i te quin aliqua alia sit maior illa: vt satis pꝫ.
Sequit etiam ꝙ infinita intense est aliqua albedo circa
graduꝫ vt octo: q2 aliquātuꝫ intēsa est aliqua albedo cir
ca gradū illum: ⁊ nō est aliqua albedo finite intensa cir/
ca illum gradū vt octo: quin aliqua alia circa eūdē gra/
dum sit intēsior illa. Imaginādo etiam ꝙ infinita essent
corpora: ⁊ soluꝫ talia essent in rerum natura quorū nul/
lum esset octipedale. Sed aliqđ esset septipedale: aliqđ
septem cū dimidio: aliqđ septē cū tribꝰ quartis: ⁊ sic in i/
finitum: tūc admisso casu ad imaginationē: ex tali seqtur
ꝙ infinitū est aliqđ corpus de numero illoꝝ: q2 aliq̄ꝫtuꝫ
est aliqđ illoꝝ: ⁊ nō est aliqđ corpus finitū qn illo sit ma/
ius aliqđ illoꝝ: ⁊ tñ est falsuꝫ ꝙ infinitū sit aliqđ illoꝝ: q2
nullū tale excedit q̄ꝫtitateꝫ octipedalē. ¶ Secūdus etiā
modus exponēdi nō est bonus: q2 imaginādo ꝙ sint duo
corpora: quoꝝ vnuꝫ finitū sit: aliud aūt sit īfinitū ſm quid
tunc in casu illa ē vera: īfinitū corpus ꝑ se existēs est: ⁊ tñ il
le nō sunt ꝓprie exponētes: aliq̄ꝫtū corpus per se existēs
est: significato illo finito corpore: ⁊ duplū ad illđ ꝑ se exi/
stens: ⁊ triplū ⁊c. eo ꝙ in casu nullū est corpꝰ ꝑ se existēs
qđ sit duplū aut triplū ⁊c. ad tale finitū corpus: q2 ꝑter il
lud nō est in casu aliud corpus ꝑter īfinituꝫ: qđ nō ꝓprie
dr esse duplū aut triplū ⁊c. ad corpus finitū. ¶ Et notā/
ter pono i ꝓpōne ꝑ se existēs: q2 aliter verū esset ꝙ duplū
corpus ⁊ triplū ⁊c. ad illud finitū est: q2 aliqua ps illius
infiniti in casu esset corpus duplū: ⁊ aliqua alia esset cor
pus triplū ad illud: ⁊ sic in īfinitū: ⁊ iō ⁊c. Imaginādo ēt
ꝙ in reꝝ nā nō sint nisi duo corpora ꝑ se existētia quoꝝ
qdlibet sit infinitū: saltim ſm qd: vr illa ꝑma exponēs eē
falsa: aliquātū corpus per se existēs est: q2 vr valere argm
aliquātū: ergo finituꝫ: qđ est falsuꝫ in casu: ⁊ talis modus
respectu pluralis numeri nō est bonꝰ: q2 imaginando ꝙ
infiniti hoies trahant nauim: sic ꝙ nō pauciores viginti
trahāt ꝑ se nauim aliquā: tūc in casu ista est vera: infiniti
hoies ꝑ se trahūt nauim: ⁊ tñ ille sunt false: duo hoies ꝑ
se trahūt nauim. tres hoies ꝑ se trahūt nauiꝫ ⁊c. ¶ Pro
pter illa ponit aliꝰ modus qui solet cōiter sustineri. s. ꝙ
respectu singularis numeri ly infinitū syncathe'rētū ex/
ponat ꝑ ly aliq̄ꝫtū. ⁊ ly aliquātulū maiꝰ i oi ꝓportiōe ma
ius. In plurali aūt numero exponat ꝑ ly aliquot. ⁊ in oi
ꝓportione plura. ¶ Et ꝯ istū modū nō ꝓcedunt argumē
ta formata superiꝰ si recte aduertas. ¶ Sed cōtra istuꝫ
modū videt posse argui etiam imaginando vt superius
posituꝫ est ꝙ in reꝝ natura non sint nisi duo corpora ꝑ se
existentia: ⁊ illa sint infinita: tūc illa ꝓpositio. Infinitum
corpus per se existēs est: est vera: ⁊ tñ illa ꝑma exponēs
est falsa: aliquātū corpus per se existens est: q2 ex illa seq
tur ꝙ infinitum corpus ꝑ se existēs est: qđ est cōtra casū.
¶ Sed pro illo potes dicere ꝙ in tali casu adhuc ꝯcedē
dum est ꝙ aliquātū ⁊ finitū corpus per se existens est: q2
ex ista seqtur ꝙ finituꝫ corpus per se existēs est: q2 vt ha
betur primo celi ⁊ mundi: ⁊ etiam tertio physicorum a
pho ſm opionem vnā non possumus sine ꝯdictione ima
ginari aliquod corpus esse simplr vndiq3 infinitum: ⁊ iō
imaginando ꝙ in casu sint talia infinita corpora opꝫ di/
cere ſm talē opinionē ꝙ illa sint in casu īfinita ſm quid.
Infinitū aūt ſm quid est etiā aliquo modo finitum: et iō
in casu pōt concedi illa: aliquātū corpus est finitum: vel
pōt dici ꝙ ꝑma exponēs est sic sumēda: aliquātū corpus
dabile est puta penabile: et scđa sit illa ⁊ in oi proportio/
ne aliquod corpus existens illud dabile corpus excede/
ret: ⁊ illo esset omni proportione maius. Si tale esset in
rerum natura dabile corpus: ergo infinituꝫ corpus est: ⁊
hoc dico vt habeatur formalis modus exponēdi. Et ſꝫ
oēꝫ opionē possꝫ euitari ois difficultas d ly infinitū ⁊c.

Circa mām obligationuꝫ. aduerte primo ꝙ obliga
tio logicalis solum reperta est ad sciēdum re
spondere ꝯtitis: ⁊ vtplurimum ponuntur casus falsi: qui
admissi tanq̄ꝫ veri conceduntur: et illis cōcessis: concedē
da sunt oia que sequuntur: et que sunt impertinētia illis
ad talem casum cōceduntur ⁊ negantur ſm exigentiam
casus. Et cauendum est rñdenti ne propter casum possi/
bilem admissum deducat ad aliqđ inconueniens: aut. s.

